Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ

ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ

τῆς κοίλης Συρίας

ΛΟΓΟΙ ϐ.

IAMBLICHI CHALCIDENSIS

ex Syria cœle

De Vita PYTHAGORÆ, &

Protrepticæ orationes ad Philosophiam

LIB. II.

Nunquam hactenus visi: nunc verò Græcè & Latinè primùm editi cum necessariis castigationibus & notis,

Addita sunt in fine Theanus, Myiæ, Melissæ & Pythagoræ aliquot epistolia Gr. & Lat.

IOHANNE ARCERIO THEODORETO
Frisio AUthore & Interprete.

In Bibliopolio Commeliniano

ANNO CIↃ IↃ XCVIII.

ILLUSTRIBUS
Generosis Amplissimisq; & Nobilissimis
DOMINIS
D D.
ORDINIBUS
FRISIAE
TRANSRHENANAE
inter Amisium amnem & Elevum antiquum
Rheni ostium Rempubl. sapienter sanctéq; administrantib. Dominis & Mecœnatib. suis unicè colendis.

S. D.

ANnus jam est penè tertius & trigesimus, generosissimi Nobilissimiq; Domini & Mecœnates honorandi, ex quo linguæ & studiorum gratia cum nobilissimis Patriæ & summæ spei adolescētibus, perveteris & illustris sanè familiæ, in Gallias ablegatus, mirabili quodam casu, seu Dei destinatione, in hosce Iamblichi Chalcidensis Platonici philosophi libros, Græcè scriptos incidi. Nam cùm mihi illorū inspiciendorū ad dies aliquot copia facta esset, ilico me eorum exscribendorum, cùm quòd elegantissimè manu descripti, tum verò quòd illius essent authoris, quem Proclum illum Diadochum in Platonem scribentem nunquam non θεῖον vo-

citare legeram, ut & EUnapium posteà in ejus vita, θαυμάσιον, cupido incesit. Itaq; hominem, cujus ritos beneficio habebam, eos à me reposcentem, per amicitiam, quæ inter nos mutuò esset, perq; Musas omnes rogavi obsecratúsq; sum, ut illos describendi mihi copiam concedere vellet. Non enim ille, qui lumen de suo lumine accendi sinit (ut ex Marco Tullio dicebam) efficit, ut nihilo minùs ipsi non luceat, cùm alii accenderit. Verùm cùm nec prece nec pretio hoc primùm ab eo obtinere valerem, tandem improbâ instantiâ hominem & ipsum longè eruditissimum permollivi, ut haud ægrè quidem: sed tamen cum conditione voto meo annueret. Siquidem cùm ἀρχέτυπα ad certum quoddam tempus, intrà quod foret exscribendum, domino suo esset ex pacto restituendum, nec solus, quod id esset angustius, posset facere, mihi partem describendam concesit: ea tamen conditione ac lege, ut ipse non ederem. Se namq; eum authorem vertendum suscepisse. Igitur recepta conditione, & sepositis aliis, quatenus ejus fieri potuit, studiis & occupationibus, quibus compluscul is tum per morbum, & postea mortem unius ex meis præclarissimæ spei adolescentis distringebar, ad discriptionē properè me accinxi. Quare noctéq; diéq; admolitus operi manus, totũ, quod ferme fidem excedit, ipso inscio intra sesquimensem ad umbilicum duxi. Recognovi quidem interea temporis, & à mendis, penè infinitis repurgavi omnia: sed de editione illis superstitibus ne gry quidē cogitare potui. Quocirca scrinio inclusa cum nonnullis aliis hactenus presi. Cæterùm cùm jam uterq; tam dominus, quàm alter ὑφηγήτης, cui me bonâ fide obstrinxeram, in fata concessissent, nec quicquam conversum, & non nisi

pau-

paucula aliquot locis quædam in eo cattigata deprehenderem præterea ipsum in extremo, quo fueramus usi, jam etiam in aliorum manus venisse fortè intelligerem: tandem feriò, ut ille dicebat,

Μητις ἀνὴρ ἄλλοτε βαλλε, ὁτὲ δ' ἄλλος ἔλθοι,

animum ad illorum editionem adjicere occœpi. Itaque Latinè, ut quidem existimo, à me conversum, & non credendis laboribus ac vigiliis, quantum tamen ingenio assequi potui, unius solum exemplaris adjutus ope, emaculatum quasi è tenebris in lucem, & è sepulchro atque abyssо in vitam extrahere ac producere volui. Nam cùm superioribus seculis plurima emersérint, atq; etiamnum hodie in lucem emânêt, prophanis & petulantibus hominibus authoribus, quæ æternis tenebris atq; oblivione adobrui, potiusque flammis aboleri exstinguiq; præstaret: profectò hoc genus scriptorũ ejus esse generis duco, ut putem ipsorum tum sanctis laboribus gravem injuriã, tum communi studiorum utilitati non exiguum detrimentum allatum iri, si porrò æternum premerentur & quasi sepelirentur. Quippe qui in Schola Socratica, penéq;, ut mox dicemus, Mosaica, bellè instituti, de Deo, quatenus quidem naturæ melioris ductu, sine Deo & Scripturæ adjutorio potuerunt, de virtutibus & vitiis germanè differuerunt, exempla itidem salutaria reliquerunt, quibus in communi vitæ usu juxtà, ac reipub. administrationi apprimè conducibilibus uti queamus. Etsi verò de μοναρχοις, & aliis id genus diliriis tam Plato, quàm hic noster, quæ ex Pythagora hauserant, scriptis suis interseverint: hic etiam ex professo Pythagoræ non ita sani, ut multis, sed ut mihi semper visum est, summi religiosissimiq; Philosophi vitam & dogmata describat: haud ideò tamen confestim

repudiandi vel fastidiendi erunt. Etenim si Aristoteles, Philosophorum meritò maximus, qui de mundi æternitate sua somnia, ne dicam deliria habuit, nec sensit de eo quod debuit: nec item Plinius diligẽtissimus alioqui naturę indagator, maximéq; admirabilis scriptor, qui præceptorẽ καὶ φορτικώτατον Aristotelem secutus se continere non potuit, quẽ admirando sui operis, imò præclarissimo Mundi thesauro de naturali historia initio, idem sentiret, adeóque passim intermiscuerit palam impia, de Deo alio, quàm ipse conceperat, ambigẽs, in dogmate de Dei omnipotẽtia hallucinãs, inferos esse dubitãs, animos non esse immortales, atq; id genus alia manifestò statuens, non propterea reprobantur: quinimò scriptores, qui eos suis commentariis illustrarunt, ut Porphyrium, Plotinum, ac cæteros Christiani nominis hostes non aspernamur, sed potiùs in summo pretio & deliciis habemus, lectitamus, & tantùm non adoramus, quid? an Pythagoram, quem rectè de Deo sensisse, testis est locupletissimus Clemens ille Alexãdrinus, cùm aliàs, tum in προτρεπτικῷ, rejiciemus? an Platonem, qui tam de Deo, quàm de immortalitate animorum, de pœnis inferorum, & cætera præclarè & sensit & tradidit, ejusque sectatores, quorum omnium facilè princeps Iamblichus, etsi purus putus Pythagoreus, quatenus tamen Plato, fuisse videatur, cum ignominia usu mortalium exturbabimus? Sanè ut Pythagoras & Plato Mosen legerunt, quo nomine etiam quidam veterum hunc Mosen Atticum vocitarunt: illum D. Ambrosius Mediolanensis Episcopus gravissimus sanctissimusque scriptor quoque Epistola ad Irenæum, quosdam putasse ex populo Iudæorum genus duxisse, ut ex ejus disciplina derivarit etiam præcepta magi-

magisteril, meritóque magnum apud Philosophos habitum, æqualem vix repperisse, diserte scribit: ita perfanctè præcepta de moribus, de vita piè instituendâ tradiderunt. De castitate intra & extra matrimonium, de institutione atque educatione liberorum, de verecundia, de pudore, de temperantia, continentia, cæterisque virtutibus, uti posteà quoque Aristoteles, adeò copiosè gravitérque disseruerunt, ut ex Dei tabulis verè esse petita, videri possint. urbes perfectas condunt, easque legibus penè Mosaicis ornant & firmant. Itaque eos mehercule non magis repudiabimus, quàm naturam terræ non damnamus fœcundam rerum matrem, vetè φολυδότειραν καὶ ζειδωρον, ut eam Poëtæ indigitant, quæ & largè venena producit, & medicas herbas, semináque ad escas salutaria. Nec multa Seplasiariorum aut pharmacopolarum optima tum unguenta, tum medicamenta propter opium aut arsenicum, atque alia, quæ pyxidiculis inclusa suis usibus servantur, improbamus vel refugimus. Haud enim omninò abs re est, quod Deus ille Opt. Max. atque æterna sapientia hosce authores mortalibus incolumes salvosque esse voluerit, cùm tam multa, adeóque infinita aliorum, eorumque bonorum scriptorum, volumina funditùs interire sit passus, quorum hodie solùm nomina, & vix, non parvo cum dolore, tenemus. Dei procul dubiò hoc fuit consilium, partim ut veluti in speculo cerneremus, quousque miseræ illæ mentes solo naturæ suæque Philosophiæ ductu in cognitione summi boni, Dei, inquam, ac virtutum omnium praxi fuerint progressæ, etsi φωσφόρου, quo de sanctus ille & θεοσεβείας σύμμορος, καὶ ἀληθείας σύλλος, ut loqui solet divinus ille Theodoretus, meminit, non esset in ipsorum cordibus exortus

Itemq;

Itemq; quid ab nobis exigat, quibus dies ille jampridem & illuxit, & exortus est lucifer. partim etjam, ut sicubi lapsi sunt, illorum verenda non cum lascivis ingeniis, quorum omnia sæcula non minùs, quàm hoc nostrum fœcundum est, detegamus: sed providè potius, sapienterque contegamus ac velemus. Non nescio quidem mundum hodie librorum scriptorumque inutilium ac prophanorum multitudine onerari, quibus bullientes carnis nostræ æstus non tam reprimuntur, quàm excitantur, mores corrumpuntur ac vitiantur: errores & monstrosæ opiniones ac hæreses perniciales vel disseminantur, vel confirmantur, Deus denique summè ad iram irritatur: verum hic author meritò etjam inter castos & pudicos mediique generis, & tantùm non religiosos pioſque scriptores, ut dixi, accenseri potest. Ut minimè metuam hinc dicam nobis aliquam scripturi iri, quasi per nos hac in parte boni mores violentur, vel Dei in nos offensam iramve accersamus, propter erroneas de Deo ipsiusque cultu, quas propaget, opiniones. Proinde quod quædam apud Comicum dicebat, licet alio sensu, hic etjam valere debebit,

Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda ferè æquum est. Equidem illum longè, Plotino, tametsi magno per omnem modum Philosopho, Porphyrio, etsi hujus nostri magistro, Hipponensis præsulis ejusdemq; sancti hominis testimonio, licèt & Themistio, Simplicio (qui etiam in hosce libros justos Commentarios scripsisse memoratur) Philopono, Ammonio Hermeæ, ipsique Proclo, jampridem editis & doctorum tritis manibus, multis modis præfero. Quippe qui Platonis, quem ipsum etjam vetustissimi & orthodoxi

Patres

Patres merito suos vocarunt, vestigiis adeò insistit, ut multis ex ipsius dialogis ad verbum in hæc sua commentaria transtulerit, & vix unguem latum ab ipsius mente & dogmatis desiverit. Quamobrem quantum Plato reliquos omnes Philosophos studio, lingua & syncerori Philosophia antecessit, eosque longè à tergo reliquit, tantum hunc cæteris suis coætaneis, quique tam ante, quam post ipsum scripta aliqua posteritati reliquerunt, semper præferendum esse judicavi. Ut eo nomine jure ὁ θεῖος Epitheton utrique tributum videri possit. Colloco autem eum in eodem plane ordine & gradu, quo summus per omnem modum, idemque Platonicus Philosophus Maximus Tyrius, merito sane collocatus est. Qui teste Suida sub Commodo Cæsare Romæ, in orbis, ut tum dicebatur, Epitome philosophatus est: cujusque itidem aliquot λόγοι, hoc est, sermones, seu disputationes sane quam elegantissimæ, ἐγκώμια τινα etiamnum hodie extant. Hunc verò clarissimum ac longè nobilissimum autorem hactenus cum non parvo rei literariæ detrimento & injuria suppressum in lucem extrahere, & in illustribus generosique nominibus vestris mundo apparere volui: primum ut vestro præsidio ac patrocinio tutus exerto capite prodeat, vulgique censuram non exhorreat. Deinde quia noster hic labor & conatus ab multis fortasse impetetur, & ab non nemine suggillabitur, (quid enim usquam ab obtrectatorum Criticorumque sannis ὁ σπάνιστον liberum est?) hoc mihi etiam atque etiam agendum fuit, ut quemadmodum princeps ille poëtarum Homerus de Teucro inquit, qui sub Ajacis clypeo septemplice, ut puer

in gremio matris delitescebat, ipse quoque sub nobilissimo potentissimoque ἐπισκόπῳ, ut ille ajebat, σάκει vestro πρυτανάσσων, malevolorum spicula, quantumvis virulenta ac λοιδορίας tincta non modò non reformidem, verùm etiam contemnam & rideam. Vestris autem amplitudinibus & generosissimis nominibus hic noster labor, quâ authorem, quâ etiam me, qui illum nunc primus produco, jure meritoque debebatur. Quâ authorem quidem: nam quibus potius conveniebat Philosophus tam insignis, tam claris, tam omni exceptione major, qui jam tenebris & caligine discussis, extersusque ab omnibus penè sordibus, noster solius, ceu obstetricis, opera lucem aspicit, quam hominibus sapientibus, claritate tam insignibus & omnique exceptione, sive nobilitatem, sive πολιτείαν, ejusque administrationem longè faluberriman spectemus, majoribus? Denique quam illis, qui superioris ævi, Barbaro, Ro. Agricolæ & D. Erasmo authoribus discussa, humaniores literas, in nostram quoque Patriam illorum beneficio illatas, sectamini, fovetis, adeoque provehitis? Macti igitur estote, generosissimi Nobilissimique, & omni virtutum genere cumulatissimi Domini, & thronos vestros hisce nunquam intermorituris elogiis magis magisque decorate, hasce literas salutariter nobiscum fovendo, commendando amplectendoque. Quâ me verò nullis aliis honestè eum inscribere potui, nec debui. Quippe cùm apud vos, quos summo atque avito jure Frisios Orientales, perperam hodie τευτονίζοντας dictos, appellare soleo (nam qui hodie ita compellari gaudent olim Cauchi minores erant) & apud quos Divum RADBODIUM reliquosque Fri-

fiæ reges quondam potissimè, vicissimque in urbe, quæ tum mediæ Frisiæ, regionis item multo nobilissimæ, quæ nunc ferè Frisia Occidentalis nuncupatur, nomine STAVERA, tunc Metropolitana, suam regiam habuisse ex multis indiciis minimè dubitandum sit: apud vos, inquam, ante annos sexaginta honestis parentibus, agricolis, majoribusque, antiquis Frisonibus, ut tum mos atque usus obtinebat loquendi: & peculiaris dialectus ac lingua (quæ adhuc in vestris sylvis, licet paullò ob vicinorum commercia inquinatior, & alibi remanlit) ab aliis populis & gentibus advenis discriminabat, opulentissimáque & inculpatissima familia prognatus: & postmodum in Schola vestra Clarissimo doctissimoque & piissimæ memoriæ homine ἀρχιδιδασκάλῳ D. REGNERO PRÆDINIO, (quem honoris caussa nomino, cujusque nunquam non libentissimè, jucundissimæque, ut & Rodolphi Agricolæ nostri & Vessuli, cui vulgò cognomentum erat Ἐφεσίου, manium recordor,) institutus, & ad hasce literas illo quasi μυσταγωγῷ & Mystagogo adductus sim: nimirum hoc vestris augustissimis nominibus ratione ortus velutique debitor, & primum vicem gratissimi animi significationem ad æternam memoriam meritò persolvendum erat. In eam verò Frisiam quam modò Occidentalem vocari dixi, quamque itidem mediam nominavi, Aquilonaris, quæ veteribus ea Rhenana vocitata est, nunc que borealis Batavia appellatur & orientalis Frisiæ respectu; ipse Regneri, cujus modò memini, intercessione voluntateque, adolescens viginti plus minus annorum tradactus & ab nobilissima clarissimáque & longè honorificentissima, nisi &

antè mehini, familia, (cui nunquam non mea omnia transcribo, quamque lubens colo & veneror) cum honore adscitus, sanctissimè in literis cùm domi, tum peregrè per integrum decennium cum filiis fotus educatuíq; sum. Deinde cum post aliquot annorum curriculum ad summos, adeóq; varios & diversos in ea honores, atque ultimò ad quietissimum maximéque liberale vitæ genus, publicam Græcarum literarum professionem in nobili Schola promotus, idque ab iis, qui partim quidem in Domino obdormiverunt, partim verò etiamnum ἀπὸ τῶν ἀλ, ac profectò homines sunt omni laude dignissimi prudentissimique, optimè cùm de me, tum de omnibus bonis, cunctisque literis humanioribus præclarissimè meriti: equidem, ut ingenuè fatear, mortalium omnium ingratissimus forem, si tam eximia in me beneficia ac merita non agnoscerem, gratóque animo non recolerem, summatimque de tantis tamque augustis Mecœnatibus vicissim non semper benè mereri studerem. Itaque jampridem hoc diligentem operam dare volui, ac debui quoque, viri amplissimi, ut in vestro Lyceo jam aliquot annos constitutus, singularis meæ observantiæ, animique pergrati publicum aliquod pignus ac monumentum, quod perpetuò exstare posset, darem. Quod cùm non potuerim hactenus quidem exercitiis omnibus facultatibus meis aliter præstare, nec ullo alio, quàm hoc solo scribendi genere contestari, rogo & oro vestras illustres Amplitudines, primùm, ut hoc meum studium in optimam partem benignoque vultu & fronte serena accipere dignemini. Deinde nostrum hunc autorem, nostróque in illum labores, sub illustribus vestris nominibus

jam

jam primùm ex vestra Schola in lucem prodeuntes ita asseratis, ne quid incommodi vel detrimenti patiantur. Meque itidem, ut hominem toto pectore vestris amplitudinibus obsequentissimum ac deditissimum amare porrò, & ita ab omni injuria defendere & protegere velitis, ut in hac grandævitate atque otio literario, vestra fultus benignitate, reliqua tum hujus authoris, tum alia, quæ præ manibus, & nonnulla, quæ jam etiam planè confecta habeo, in usum nostræ maximè gentis ad posteritatem transmittere queam. Deum porrò rogo & oro, ut vos indies sapientia prudentiáque & omni fortitudine magis magisque instruat, & cum omnibus subditis vestris omni genere benedictionis cumulet ac beet. E Schola vestra Anno ab Christo ex sanctissima virgine nato, mundique redemptione CIↃ. IↃ. XCIX. ipsis Idibus Novembribus.

Vestrarum illustr. & generosissimarum

Amplitud. longè deditissimus & obsequentiss.

IOA. ARCERIUS THEOD.

ᾠδὴ

ΦΙΛΟΛΟΓΟΥΣ

περὶ

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ.

Οὐ τόσον Ἥρωες Ἑλλάδος ηὐδίσαντο
Ὀφλῆσαι Μαιονίδῃ, ἢ Σταγειρίτου
Πλάτ, θανόντες ὑμνούμενοι· οὐδὲ δὴ
Τοσοῦτον ὁδὸς Σωφρονίσκου ζάθεος
Θείῳ Πλάτωνι ἰδὲ Ξενοφῶντι ἡδυλόγῳ·
Ὅσον ὁ μὲν ἐκ Σάμου κομίσσας Ἰαμβλίχῳ
Τῷ τῆδε Πλατωνικῶν ἀρίστῳ καὶ σοφωτάτῳ.
Πόσον οὖν ὁ μὲν θανάσιμος ὦ ἰατρεῖον
Καὶ σῶφρον ὀφλήσῃ, ὃς ἀνεύρησας τάφου
Καὶ σπηδόνος ὄν ἀναβιώσῃ; κἄτα δὴ,
Σὺν ἅρματ' εὐόλῳ βροτῷ συζήματι
Καὶ ὁμίλῳ ἐνθρονίσῃ ἂν σοφωτάτων;
Δοῦτ' οὖν νέοι μουσηγετῦ ἀσπάζετε
Τοῦδ' ἱρ' ἀειγνώτου κ' ἄφατα μυστήρια.
Καὶ τ' ἀναληθνήσαντα νεῦ φιλήσατε.

I. Θε. Λ. Ε. Ε.

IN

IAMBLICHI CHALCIDENSIS PLATONICI PHILOSOPHI

Vitam Pythagoræ, ejusdemq;
Protrepticas Orationes ad Philosophiam;

NUNC PRIMÙM

ab IOAN. ARCERIO THEODORETO FRISIO

Græcè & editas, & Latinitate donatas.

ADesto, quisquis & rei literariæ
Faves, & indagator es scientiæ
Antiquioris. En recludit jam tibi
Priscas Faviſſas θεῶν ἀνάκτων, hactenus
Clausis malignitatis improbæ obice.
In queis patent ἀγάλματα Sacraria
Consortii vitæ, velut coloribus
Depicta. Non Homerus expressit suis
Nympham OEbalin sic versibus: nec hanc
Sic pinxit artifex penicillo suo
Zeuxis tabella, quæ ferens imagines
Vivas ocellos pascit obtuentium.
Sed IAMBLICHUS, quam pingit, illa mentium
Refectiones conferet suaviſsimas.
Ringente Momo, & invidente litteris
Bonis, reductum Iamblichum in sedem vides
Et dignitatem pristinam, ut Chalcis suum
Civem recognoscat: suúmque Philosophum
Iam secla mortuum & sepultum plurima,
Quæ dicta cœle est Syria, omníque Achaia
Ἐγγίτονα agnoscet OEnotria inclytum
Tellus procul dubio loquentem, seu sua
Balbutientem linguâ & ore, FRISIUS
Quod finxit Oceani ortus oram ad extimam,
Verùm hactenus tenebris Comatus obrutus,
Et consilens injuriâ ævi IAMBLICHUS,
Non Syriæ, nec Græciæ soli, ut solent:
Sed universo orbi loquentur posthodum.
Mortalium ægras ergo res perambulent,
Eásque restituant. Fave lector animis
Linguíque, Et auctorem καθ' ὅτι juva θεῷ.

I. AR. Tho. FIL.

Ο ΤΟΥ ΓΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΒΙΟΣ

κατὰ Εὐνάπιον τὸν Σαρδιανὸν, ἐν τῷ περὶ βίων.

ΜΕΤΑ τούτους ὀνομαστότατος θαυμάζεται φιλόσοφος Γάμβλιχος, ὃς ἦν καὶ κατὰ γένος μὲν ἐπιφανὴς καὶ πρὸ ἀβρῶν, καὶ πρὸ εὐπορίαν μόνων. Παρῆς δὲ ἦν αὐτῷ χαλκὶς καὶ τὴν κοίλην προσαγορευομένην Συρίαν ἔστιν ἡ πόλις. Ὅτε τοῦ Ἀνατολίου τῆς καὶ Πορφυρίου τὰ δεύτερα φερομένων συγγενόμενος, πολὺ μὲν διέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἦκμασεν. Εἶτα μετ' Ἀνατόλιον Πορφυρίῳ προσθεὶς ἑαυτὸν, ἐκ ἔστιν ὅτι καὶ Πορφυρίῳ δοκοῦντα, πλὴν ὅσον καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ δύναμιν τοῦ λόγου, ὅτε γε εἰς Ἀφροδίτην αὖ καὶ χάριν τὰ λεγόμενα κεκαπηλεύκει. Ὅτε ἦν λιγυρότητα τινὰ, καὶ τὴν καθαρὰν καλλωπίζεται. ὃ μὴν οὐδὲ ἀσαφῆ παντελῶς τυγχάνει, οὐδὲ καὶ τὴν λέξιν ἠμύρωται, ἀλλ' ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων, τοῖς Ἑρμαϊκοῖς ἐτίθου χάρισιν. Ὅτ' οὖν κατέχει ἡ ἀκροατὴν, καὶ γοητεύει πρὸς τὴν ἀκρόασιν, ἀλλ' ὑποτρίφειν καὶ ἀποναλεῖν ἡ ἀκοὴν ἔοικε. Δικαιοσύνῃ δὲ ἀσκήσεως ἠκολούθει

IAMBLICHI CHALCIDENSIS VITA

ex Eunapio Sardiano de vitis Philosophorum

Hadriano Iunio interprete.

HIS successit Iamblichus, ut clarissimi nominis philosophus, ita & illustris genere, natus familia amplissima & locupleta. Patria illi Chalcis, Syriæ, quam Cœlen nominant, civitas. Hic cum Anatolio, qui à Porphyrio secundum locum obtinuit, consuetudinem aluit, sed multis eum modis superavit, & ad summum Philosophiæ gradum ascendit. Ab eo conjunxit se Porphyrio, quo nulla in re fuit inferior, præterquam in concinna orationis structura, dicendique facultate: neq; enim pari venere & gratia ab eo dicta, instructa fuere: neq; candorem habebant, & perspicuitatem: neq; puritate sermonis exornare scripta laborabat, quanquã non omninò obscuritate involuta sit aut vitium habeat oratio: sed (quod de Xenocrate dictitabat Plato) non sacrificavit Mercurialibus gratiis. Itaque lectorem non detinet, non obrepit illecebris quibusdam, & ad lectionem invitat, quin potius avertere & obtundere aures videtur. Ob justitiæ cultum, facilem

ad deorum aures accessum habuit: itaque plurimos nactus est contubernales & discipulos, qui undecumque gentium ad eum affluebant ad hauriendum animi cultū, quos inter difficile fuerit judicium, quis præcelluerit. In iis fuere Sopater Syrus eloquentiæ in dicendo ac scribendo summæ, AEdesius, EVstathius Cappadox, è Græcia Theodorus & EVphrasius, virtute excellentes viri, aliiq; multi non multò in dicendi facultate inferiores, ut mirum videri possit, quomodo unus omnibus sufficerit, erga cunctos ex æquo comis & benignus: quid, quod vix quid quā in suam gratiam agebat extra discipulos & sodales numinis religione tactus: plerumq; verò cum suis cōversabatur, convictum facilem sequēs & frugalem prisci seculi mensam apponens: in symposio præsentes exhilarabat, & ceu nectare delibutos replebat: qui verò indefesso ejus audiēdi studio ardebāt, neq; satietatē ejusce voluptatis capere poterāt, assidui illi erant convivę, & productis in mediū, qui cæteros antecellebāt, his eum cōpellabāt verbis. Quid ita solus, divine præceptor, seorsum agitas? neque de absoluta tua sapiētia nobis q̄dquā impertis? rumor tamen ad nos emanavit pertuos ministros, te inter fundēdum preces videri ab humo plusquā cubitos 10. sublimem rapi atq; attolli, cor-

ἔτυχε θεῶν τυγχάνοις, ὥστε πλῆθος μὲν ἦσαν οἱ ὁμιληταί, φαιδρυντικόν δὲ ἐφοίτων οἱ παιδείας ὀρθουμένης ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ κάλλιστον δύσκριτον. Σώπατρος μὲν γὰρ ἦν ὁ ἐκ Συρίας ἀνὴρ εὐεπέστατος καὶ γενναῖος δεινότατος, Αἰδέσιός τε καὶ Εὐστάθιος ἐκ Καππαδοκίας, ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος Θεόδωρός τε καὶ Εὐφράσιος, οἱ καὶ ἀρετὴν ἐπῃρμένοι. ἄλλοι τε πλῆθος οὐκ ὀλίγοι λειπόμενοι καὶ τὴν ἐν λόγοις δύναμιν, ὥστε θαυμαστὸν ἦν, ὅπως πᾶσιν ἐπήρκει· καὶ γὰρ ἦν πρὸς ἅπαντας ἄφθονος. ὀλίγα μὲν οὖν χωρὶς τῆς ἑταίρων καὶ ὁμιλητῆς ἐφαπτὴν ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ θεῖον σεβαζόμενος· τὰ δὲ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις συνῆν· τὴν μὲν διαίταν ὡς εὔκολος καὶ ἀρχαῖος· τῇ δὲ φιλόσοφον ὁμιλίαν, τὰς παρούσας καθηδύνων καὶ ἀγχιμαθὴς ὢν παρῄνει. οἱ δὲ ἀλληλοις ἔχοντες, καὶ ἀκαρέστως τῆς διαλαύσεως, πάνυ χαίρειν αὐτῷ συνῆσαν· καὶ προσπαίζοντές γε τὰς ἀξίας λόγου φωνὰς αὐτὸν ἔφασκον· τί δῆτα μόνος ὦ διδάσκαλε θειότατε καθ' ἑαυτὸν τινὰ φράττεις, καὶ μεταδιδοὺς τελειοτέρας σοφίας ἡμῖν; καίτοιγε ἐκφέρεταί σου πρὸς ἡμᾶς λόγος ὡς ἐν τῇ σῇ ἀναπτόδῃ, ὡς εὐχόμενος τοῖς θεοῖς μετεωρίζῃ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς πλέον ἢ δέκα πήχεις ἐπαίρεσθαι· τὸ σῶ-

μα

μὴ δὲ οἱ ἐκ ἠύθης εἰς χρυσοειδές τι κάλλος ἀμείβεται. παυομένῳ δὲ σῆς εὐχῆς, σῶμά τι γίνεται καὶ τὸ πρὶν ὠχεθὲν δμῶον· καὶ καταλθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν πρὸς ἡμᾶς ποιῆ συνουσίαν. ΟΤ'τι μάλα γελοίοις ἐγέλασεν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις ὁ ἀμβλιχος· ἀλλ' εἶπεν πρὸς αὐτούς, ὡς ὁ μὲν ἀπατήσας ὑμᾶς ἐν ἦν ἀχαρὲς. παῖπε δὲ εὐχέτως ἔχει, τῷ λοιπῷ δὲ οὐδὲν χωρὶς ὑμῶν προσδέξεται. Τοιαῦτα ἐπεδείξατο· εἰς δὲ ὧν ταῦτα γράφοντα ἦλθε παρὰ τὸν ἀλλοπάλλα Χρυσανθίου τὸν ἐν Σάρδεσιν· ἑταῖρος δὲ ἦν Αἰδεσίου μεγίστης, Αἰδέσιος δὲ εἷς τῶν πρώτων τῷ ἀμβλίχῳ, καὶ τῶν παῦτα πρὸς ἑαυτὸν εἰρηκότων. Ἐλέχθη δὲ καὶ ἐξ ἐκείνου ἐν τοῖς μεγάλοις τῆς θεότητος γνωρίσμασι τάδε. Ἡλίου μὲν ἐφαίνετο πρὸς τὸν ὁπωσοῦν ἀνίσχοντα σύνεγγυς τῇ χαλκείῳ κύκλῳ, καὶ θυσίας καιρὸς ἦν. Ἡ δὲ ἐπέστησεν ἐν τινι τῶν ἱερείων προσφορᾷ· οἷς δὲ τὰ πάντα εἶχε καλῶς, ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπὸς μφοι, βαδὴν μὲν ἠρέμα πρειόντες· καὶ γὰρ ἐλαλεῖτο ἐν ἑαυτοῖς περὶ Θεῶν τῇ θυσίᾳ πρέπουσα· ἐν δὲ τούτοις ὁ Ἀμβλιχος μεταξὺ διαλεγόμενος, ἄφωνος ἐκπεπληγμένος ἐφάνη καὶ τὰ ὄμματα εἰς ἓν μὲν ἀτρεμίζοντα χρόνον τινὰ ἐπῆρεν ἄφαντα βλέφασιν ἐκ ἐπεί-

pus & veſtimentum in aureolum colorem migrare, mox finitis precibus, in priſtinam redire ſpeciem corpus, actum. demùm ad terram deſcendere, & in congreſſum colloquiumq; nobiſcum venire. Quibus dictis atrifit, quāquam ad riſum non perinde pronus Iamblichus, & in hæc verba reſpondit. Illepidus atque invenuſtus non fuit, qui iſtam in vos fallaciam intendit, adde ceterò nihil abſque venis actitabitur. Hoc ille de ſe documentum præbuit, quod à Chryſanthio Sardiano doctore ſuo AEdeſii diſcipulo, harum rerum ſcriptor accepit, qui quidem AEdeſius inter primos Iamblichi familiares fuit, eorūque unus, qui ſuperioribus verbis apud eum uſi fuerunt. Adiecit idem & iſta divinitatis viri non obſcura indicia. Finitoris circuli extremos terminos ſol illuſtrabat, quo tempore cū Cane cœleſti ſigno oritur ſimulque tempus erat faciendi ſacrificii, quod apparabatur in ſuburbiorum uno, mox peractis ritè ſacris ad urbem revertebantur lento gradu tardeque inambulantes, orta diſputatione de Deo, non abſona ſacrificio. Tum fortè Iamblichus animo inter diſceptandum occupato alienatoque, & voce veluti interciſa, atque oculis aliquandiu in terram defixis & immotis ad cœmi-

tes respectans exclamat, Alia nobis ingredienda est via, quod cadaver non procul hinc elatum est: simulq; cum dicto iter aliò deflexit, quæ via purior videbatur, cumq; eo nonnulli diverterunt, quibus pudendum videbatur magistrum deserere: major pars quiq; pertinacioris erant ingenij, quorum in numero etiam AEdesius, inceptam instituerunt viam, vanitati & hominis superstitioni rem adscribentes, ac more canum feram indagantium vestigiis sequebantur: nõ multò pòst accessere vespillones, qui mortuum tumularant, at ne sic quidem incepto abstitere, percunctatique sunt, eámne viam priùs ingressi fuissent: quibus illi responderunt, ita necessum fuisse, quòd alia non duceret via. Adferebant divinius atq; isto incredibilius testimonium (quòd fortè impeditus fuisset ipsorũ visus minus acer, quòdque prærogativam ferret illius osoratus) voluisse periculũ facere maiori in re, quando Iãblichus ad illos dixit, id in sua voluntate situ non esse, sed ubi temporis se offerret opportunitas. Aliquãtò pòst tempore placuit cunctis statò ãni tẽpore accedere Gadara, q locus est thermarũ in Syria secũdas à Bajis in Romano imperio obtinẽs, quib. nullæ balneæ calidæ cõparari possint. Ibi hic cùm lavaret, patiscrõa ceteri darent lavationi

ρους, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐξεβόησεν· ἄλλην ὁδὸν σταδιοῦμεν. Ἐκ τούτου δὴ ἐντεῦθεν ἄφαντος πορευόμενος. Οἱ μὲν οὖν τοῦτο εἶπον, ἄλλην ἐβάδιζε, καὶ ἥτις ἐφαίνετο καθαρωτέρα· ὅσοις δὲ συνῆν αὐτοῦ τὴν ὑπόνοιαν παρασχεῖν τὸν διδάσκαλον αἰσχύνης ἄξιον ἔδοξεν· οἱ δὲ πλείους καὶ φιλονεικότεροι τῇ ἰτέᾳ ἐγένοντο, ἐν οἷς καὶ ὁ Αἰδέσιος ἦν, ἄκοντες αὐτοῦ τὸ σπουδαίως ἐπὶ τεκτηνάμενοι φέροντες, καὶ ἅλις ἔχον ἑκάστοτε κύνες ἀποκρύπτοντες. καὶ τέως μὲν ἐπηκολούθουν οἱ θάπται τὸν τετελευτηκότα· οἱ δὲ ἐπεὶ ἔστησαν ἀπιέναι, ἀλλ' ἠρώτουν εἰ ταύτην εἶεν πεπορευθότες τὴν ὁδόν· οἱ δὲ ἀνάγκην εἶναι ἔφασαν ἄλλην γὰρ οὐκ ἔφασαν ἔχειν. Ἔτι δὲ τούτου θειοδέστερον ἐπεμαρτύρησαν, εἰ ἐπαχλεῖ ἦν αὐτῷ πολλάκις μικρὸν ἐμφάσκοντες, καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχειν πλείονας βάλλεσθαι δὲ ἐξ ἴσου λαβὼν ἑτέρῳ μείζονος· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐμοί γε τοῦτ' ἔλαβεν, ἀλλ' ὅταν καιρὸς ᾖ· καὶ δὴ χρόνου τινὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπὶ τὰ Γάδαρα θερμὰ δὲ ἐστὶ λουτρὰ τῆς Συρίας, τῇ γε μετὰ τὴν Ῥωμαίων ἐν Βαΐαις δεύτερα. ἀπιόντος δὲ ἐκ ἔσω ἑτέρας παραβάλλεσθαι σωρὸν ἔστησαν καὶ τῶν ἑπομένων τὰ Γάδαρα τοῦτο, ὁ μὲν ἐπεῖχεν λούμενος, οἱ δὲ καὶ συνελού-

ντο. ἢ περὶ τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης. μεθ-
ἑπόμενος δὲ ὁ Ἰάμβλιχος, ἀλλ' οὐ
κωλύσει γε, εἶπεν, ἐμποδὼν ἐγὼ, μᾶλλον
ἵνα φανερὰ γένηται, τῆς θερμῆς
πηγῆς δύο τῶν μικροτέρων, τῆς δὲ ἧς
ἄλλαι κρείττους ἐπέλαυνον ἐκ-
πυνθανομένους τοὺς ὁμιλητὰς παρὰ
τῶν ἐπιχωρίων, ὅπως ἐκ παλαιοῦ
προσηγορεύοντο. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον
χθὲς ὑπεπτήξαντες, ἀλλ' οὐκ ἔν-
φασις εἶναι ἀλλ' αὐτὴ μήνυσις
παλαιᾶς τῆς ἀναμνήσεως. ἐπὶ δὲ τῷ
τέρος ὄνομα ὁ τοῦδε ἐπιμένας
τῷ ὕδατος, ἑτέρᾳ χειρὶ κρη-
νίδος κατὰ τὴν ὑπόρρυσιν κοῖλ-
ρους, ἧ βαίνων τινὰ προσῆκεν
ἐξαλλόμενον ἀπὸ τῆς κρήνης κατα-
σον παιδίον λευκὸν ἐν τῷ ἀναιδοῦ,
καὶ μετρίως ὠτειλῆδες καὶ χρυσοῦ
δεῖς αὐτῷ κόμαι, τὸ μετέφρενα
ἑρίνια στιλβόεσσι καὶ ὅλοι ἐώμα
πεδιμαντικὴ λιπαρώπις, καθαρὰ
χρῶτα ὑπὸ σταλαγμοῦ ἐπιχρω-
τοῦ πόκρημνα ἰωμένη ἐπηγάσατο
ὑπὸ σύνεσιν. ἐπαναλεῖ ἀνανεώ
ἀρώσας ἐξαλλόμενον ἐπὶ τὸ
πρόβρυον παρεμπλήσιον ἀναίδω κλύ
ὄντα αἰδοῖα μιλλόμενον ἧλι-
ὀδοντιασμὸν χιόνος. καὶ περιπλ
κεῖσθαι ἀφροδίτεια πάντα
καθάπερ γυμνὰ τινὸς ἀναῦ
ἐμφύντα, περιείχετο. ὁ δὲ ἐκεῖνα
ἐν τοῖς οἰκείοις ἀπολαύων ἡδο-
ἐρᾷ

operam, nata de balneis disceptatio-
nis, renidens Iamblichus, tametsi re-
ligione, inquit, impediar, quo minus
ista aperiam, vestra tamen id caussa fi-
et: simulq; iussit discipulos scisciatari à
popularibus indigenis, quibus jam
olim nominibus donati fuissent duo
è calidis fonticulis minores, sed cete-
ris elegantiores venustioresque. Illi
postquam imperata fecissent, nega-
runt se causam nominum posse re-
scire, uni tamen Amoci nomen esse,
alteri Anteroti deo amantium injus-
tiæ vindici. Confestim ipse contracta
manu aquæ (sedebat enim forte in
crepidine fontis, ubi deplenr ac su-
perfundiur alveus) paucis admur-
muratis verbulis, de fonte imo pusi-
onem eruit, candidum, eximia
statura, capillitio in fulvum abrum
tacto, dorsi cute nitida, qui totus la-
vanti aut loto assimilis erat. Amoci
nis novitate conterritus, transeamus
illuc ait, prodeamus, inquit, fonticu-
lum, simulq; exurgens præcedebat,
in cogitatione defixus, ac suspenso
vultu; ibiq; eadem, quæ prius, pera-
ges, alterum Anteroti vocavit, prioris
per omnia similem, extra comas nigra-
nes hæc magis, & rutilas, per collum
spargas. Ambo pusiones circumfusi ac-
tis complexibus Iamblicho velut
naturali patri inhærebant, quos ille in
proprias suæ fidei vestigio restituit,

lotusq; excessit: obstupefacto comitum & familiarium coetu, qui ab eo tempore scrutari quicquam desierūt, & argumentis ac signis, quæ viderant, tanquam validis habetis pertracti, in omnibus credulos se præbuerunt. Ferebantur de illo in vulgus, & alia fidei absona, monstriq; similia, quorsū ego nihil scriptis mandare volui, ratus id parum tutum esse, Deoq; invisum, si quis historiæ veraci & solidæ fide nixæ fabulas iuncis, commenticias ac fluxas inserat. Quid, quod & hæc ipsa scribo nō sine religione quadam, metuens ne rūmores sint & fictæ auditiones, nisi quod viros sequor, qui fidem nō adhibētes aliis, rei visæ sensū permoti fuerunt: quicquid sit, nemo omnium eius æqualium, quod equidem sciam, istud, quod dixi, prodidit, referente modestè Adesio, nec ipsum sēlipsisse, nec alium quempiam eo audaciæ processisse. Aetate Iamblichi vixit Alypius in dialecticis exercitatissimus, corpusculo exiguo admodum, pusilloq; quam cubitale aut Pygmei, maiore: quod intuēti videri potest anima spiritusve esse, vsque adeò quod corruptioni obnoxiū erat, nihil adolescebat, sed in divinā quandam naturā cōsumebatur. Vt igitur magnus ille Plato, divina corpora ait esse diversa ab iis, quæ sūt animis circūfusa: ita dicere nō absurdè

ἢ σαθρὰ ζητεῖν καὶ ἰταλικὸν ἔχειν ἀλυσιτέλειαν· ὃ δὴ μετὰ τοῦτο ἐζήτησεν ἡ τοῦ ὁμιλητοῦ πλειὰς, ἀλλὰ δεῖν τοῦ φανέντος δαιμονίου, ὅπερ ἐπ' ἀρρήτου ῥητῆρος ἤλπιστο, πᾶσιν ἐπίστευον. ἐλέγετο δὲ ἡ φαντασία δοξάσειν καὶ τιμήσειν ἐμέ. ἐγὼ δὲ τούτων οὐ γράφω οὐδέν· σφαλερόν τι καὶ θεομισὲς πρᾶγμα ἡγούμενος εἰς συγγραφὴν σώζεσθαι μόνον καὶ ἀπεχθείαν ἀκοὴν ἀνθρώπων μόνον καὶ βίους· ἀλλὰ καὶ ταῦτα γράφω δι' ὠφελείας ἀκοὴν ἕνεκα, πλὴν διαγράψαιμι ἀνθρώποις οἷς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὅτι μὴ πρὸς τὴν τῶ φαντάσματος αἴσθησιν σωματικὴ μόνον ἀλλὰ καὶ ψυχικὴ ἐπιστήμη ἐστὶν ἀναγκαία ἡμῖν εἰδέναι τοῦτο δὲ ἦν μεῖζον Ἀλυπίου φήσαντος, μήτε αὐτὸν γεγράφθαι, μήτε ἄλλῳ συγκαταλογίζεσθαι. κατὰ τὸν Ἰαμβλίχου καιρὸν ἦν καὶ ὁ διαλεκτικώτατος Ἀλύπιος, ὃς ἔτυχε μὲν σώματος μικροτάτου, ἐπὶ δὲ σμικρὸν πάνυ μεῖζον παρῆκεν ἐλάχιστον· ἴκνιον, δύνασθαι δὲ καὶ τὸ φανέντων σῶμα, ψυχὴ ἢ νοῦς εἴη· ὅτε τὸ φθειρόμενον οὐκ ἐδύνατο εἰς μέγεθος διαπλασθῆναι εἰς τὸ θειότερον· ἐφάνη δ' ἂν ὁ μέγας Πλάτων φάσκων τὰ θεῖα σώματα τὸ ἀνάπαλιν ἔχειν ἐγκείμενα ταῖς ψυχαῖς· ἴσως δ' ἂν τις εἴποι καλεπὸν ἐμβαθύνειν

βαλόντας τὴν ψυχὴν καὶ συνέχεσθαι καὶ παρεῖδε ἢ παρὰ τοῦ κρείττονος: ξυλωτὰς μὲν οὖν εἶχε πολλοὺς ὁ Ἄλυπιος· ἀλλ' ἡ παίδευσις ἦν μέχρι συνουσίας μόνης· βιβλίον δὲ προέφερεν οὐδείς· οὔτε μᾶλλον ἀσμένως πρὸς τὸν Ἰαμβλιχον ἀνέβλεπον, ὡς ἐκ πηγῆς ἐμφορούσης, ἢ ῥεούσης καθ' ἡσυχίαν, ἐμφορουμένους καὶ πιαίνοντας· κατὰ δὲ τὸ πλῆθος ἀμφοῖν ὑπέρκειται ἄνω καὶ συνέχουσι ποτὲ ἀλλήλοις ἀστεμφίστως ὕδωρ ἀέρες· καὶ πεφύκασιν αὐτοὺς διαξέειν ὅλους ὑπαιθρίους μεγάλους μυστάς. Ἰαμβλίχου δὲ τὸ ἐνθουσιαστικὸν μᾶλλον ἐπομένου ἢ τῇ ἐπιστήμῃ, ὁ Ἄλυπιος παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀφεὶς ἅπασαν φιλόσοφον ἐρώτησιν, τοῦ δὲ Ἰαμβλίχου γανόμενος, ὑπέ μοι φιλόσοφε πρὸς αὐτὸν ἔφη, ὁ πλούσιος, ἢ δίκαιος, ἢ ἄδικος κληρονόμος, καὶ ἢ οὔ; τοῦτον γὰρ μόνον οὐδὲν ὁ δὲ ἔφη σκληρὴν τὴν λύσιν μυθεύεις· ἀλλ' οὐχ οὗτος γε ἔφη θαυμασιώτατος φαίνεται διὸρᾶν ὁ βόθρος εἰς μυστήρια ἀγαλλόμενος, εἰ τῷ τὰ ἀμφοτέρων ἴσα κατὰ τὰ εἰκότως, ἀλλ' εἰ τὸ πλουτίζειν καὶ τὰς αἰτίας ἀφεῖναι φιλοσόφου καὶ κορέσσεσθαι. Τοῦτο εἰπὼν ἀνεχώρησεν. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀγαλλόμενος.

aliquis essa illũ in animã immigrasse, à qua detineatur possideaturq; velut à Deo. Hic Alypius multos habuit sectatores, sed eius institutio intra collogi & privatę disputationis terminos stabat, librũq; nemo proferebat, quapropter summa alacritate animi ad lãblichũ desiuxerũt illi, tanquã è perẽnis fõtis exũdãte, nec intra alveũ sesse cõtinẽte scatebra exsatiaturi se & affatim hausturi. Glisscente aũt utriusque fama, evenit ut casu obvii mutuo sibi occurrerẽt, veluti stellæ quæpiã, circũfalliq; adeò spissa theatro & auditorũ coetu, ut ingẽtis Musici vicem repræsentaret, tenerẽtur. Itaq; dũ lãblichus cunctatur, interrogari, quã prior quæstionem intentare, magis exspectans, Alypius præter omnem exspectationem, postpositis Philosophicis quæstionibus, corona hominum septum se videns, ad lamblichum conversus, Dic mihi Philosophe, inquit, vetámne sit animõ, Dives aut injustus, aut iniusti hæres: nihil enim hîc medium. Ille quæstionis aculeum perosus, Alienus, inquit, à nostra ratione iste disputationis modus est, vir eximie, si quis in rebus externis præter alios excellat, sed si virtutum, quibus Philosophum proprièornatum esse decet, copiis circumfluat atque abundet. Quæ verba locutus discessit, simulque cum assentatoribus consessus omnis dissiluit.

Post

Post discessum seipsum colligens, ac quæstionis acumẽ secum admiratus, frequenter in eius congressum colloquiumque privatim venit, supra modum admiratione ac laudibus virum prosecutus ob judicii subtilitatem & ingenii sagacitatem, defunctiq; vitam historicè absolvit: nam qui ista scribit, eum librum nactus fuit, multa caligine de industria obtectũ, & quasi alta nube perfusũ, nõ tam propter dictorum obscuritatem, quã quod prolixã Alypii cõtineat magisterium exercendis disputationem, cùm rerum discertatarum, quatenus ratione nitantur, nulla exstet memoria. Loquebatur idem liber professiones Romam versus incredibiles, quib. causa nulla suberat, nec animi par magnitudo respõdebat: ostendit tamẽ multos fuisse viri illius admiratores: sed nullum illic testimonium facti dictúve memorabilis adfertur. Videtur certè præclarus ille Iamblichus codẽ labotasse valetudine, quo pictores, qui formosulos in ætatis flore cõstitutos dũ pingũt, volũtq; picturę lenocinũ quoddã & gratiã de suo adijcere, totã depravãt repræsentatã effigiẽ, sic ut & ab exẽplari proposito pariter, & à vera forma aberrẽt. Simili modo & iste, dũ veritatis studio laudare virũ satagit, demõstrat, quàm atrocia in judicijs suo seculo exercita supplitia, quã grauib. ærũnis pressi fu-

φηλθὼν δ' ἐθρύπτετος ἐφ' ἑαυτῷ τὴν ὀξύτητα θαυμάσιος, πολλάκις τι ἰδία συνέτυχεν αὐτῷ, καὶ ὕστερος ἐφηγήσατο τὸν ἄνδρα τῆς ἀκριβείας καὶ σωφίσεως, ὥστε καὶ ἀπελθόντος βίον συγγράψαι. καὶ ἐτύγχανε ὁ ταῦτα γράφων τοῖς γεγραμμένοις, τὰ γεγραμμένα δ' ὑπὸ τῆς συνθήκης ἐμπλαίσεως, καὶ νέφος ἐπιβεβλῆσθαί τι δι' ἀσάφειαν τῆς λεγομένης, ἀλλὰ δι' ἁπλότητα εἶχε τὸν λόγον μετρίως τινα καὶ διαλέξεων ἐφεστῶτι μὴ πάνυ λόγου ἔχοντα, δοκοῦσί τινες τὸν Ῥωμύλου ἐφάπτεσθαι τοῦ βιβλίου, ἀφ' ὅτι αἰτίαν ἐφέρετο, ὅτε τὸ τῆς ψυχῆς συνεστήκοτο μέγεθος· ἀλλ' ὅτι εἴρηται πολλὰ τῶν θεσπεσίων τὸν ἄνδρα παραδηλοῦντα, τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἄξιον ἀπολογεῖσθαι· ἀλλ' ἔστιν ὁ θαυμάσιος Ἰάμβλιχος παντὸς σιφοῦσθαι τοῖς γράφουσι, σπουδῇ ἐν ὥρᾳ γράφοντες ἔστιν χαρίσασθαί τι παρ' ἑαυτῷ. εἰς τὴν γραφὴν βουληθῶσιν, τὸ πᾶν εἶδος τῆς ὁμοιότητος διαφθείρουσιν· ὥστε ἁμαρτάνειν τοῦ παραδείγματος ἡμαρτηκέναι καὶ τὸ καλλωπιστικὸν, ὅτι κρείττονος, ἐπαινέσαι προελόμενος ὄντως τὴν ἀλήθειαν, τὸ μὲν μέγεθος ἐμφαίνει τῶν περὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις κολάσεων· τὸ δὲ ἀτυ-

ἀτυχημάτων· αἰτίας δὲ εἰς τὰ τύπους ἢ προφάσεις, ὅτε περφυκὼς ἐξηγεῖσθαι πολιτικῶς, ὅτε προειλόμενος, τὸν πάντα χαρακτῆρα συνέχειν τῆς βίβλου μόλις τοῦτο καταλιπὼν τοῖς ὀξυδορκεῦσι ξυλλαβεῖν, ὅτι μὲν ἄνδρα ἐθαύμαζε, καὶ διαφέροντως αὐτοῦ τὴν τε παρὰ τὰ δεινὰ καρτερίαν, καὶ τὸ ἀνέκπληκτον, ἵν' τε ἐν τοῖς λόγοις ὀξύτητα καὶ τομὴν κατεσπευάζετο· ὃς Ἀλεξανδρεὺς δὲ ἔτος ἦν· καὶ τὰ μὲν εἰς Ἀλύπιον, ταῦτα· καὶ ἐτελεύτα γε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γεραιός, Γαμβλίχός τε ἐπ' αὐτῷ, πολλὰς ῥίζας τε καὶ πηγὰς φιλοσοφίας ἀφείς. Ταύτης ὁ ταῦτα γράφων τῆς φορᾶς ἐτύγχανεν. Ἄλλοι μὲν γὰρ ἄλλαχοῦ τῆδε τερημένων ὁμίλητῆδε διεσπάρησαν εἰς ἅπασαν τὴν Ῥωμαίων ὑπερατείαν. Αἰδέσιος δὲ καὶ ἔλαβε τὸν Μύσιον Πέργαμον.

erint mortales, ſed cauſas & primas origines, ũde illa nata ſint, cùm explicare politicè non valeret, neq; magnũ in eo laborem collocaret, totam vitæ formulam lineamentáq; omnia confudit, vix oculatiſſimis quibusq; percipiendum illud relinquens, quod Alypium ſuſpiceret, quod eius in periculis maliſq; conſtãtiam & animi firmitatẽ prẽterea orationis acrimoniã & penetrationem probaret. Erat aũt Alexandrinus gente Alypius, de quo hactenus, deceſſitque in patria ſenio confectus: & poſt eum Iamblichus, multis emiſſis ſparſisq; philoſophiæ radicibus ac fontibus. In hũc eruditorum hominum proventũ incidit, qui iſta ſcribit: nam è cõmemoratis diſcipulis alius aliò per univerſam Rom. Imperii ditionem variè diſtracti ſunt: in quibus AEdeſius Pergamum Myſiæ ſedem ſibi delegit.

Τέλος τοῦ βίου τοῦ Ἰαμβλίχου καὶ Εὐνάπιον.

Iamblichi vita per Eunapium Sardianum ſcripta Finis.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΒΙΟΣ ΕΚ ΣΟΥΙΔΑ.

EIUSDEM IAMBLICHI VITA EX SVIDA.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΣ Χαλκίδος τῆς Συρίας φιλόσοφος, μαθητὴς Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου τοῦ Πλωτείνου ἀκροατοῦ, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε βιβλία φιλόσοφα διάφορα.

IAMBLICHUS ex Chalcide urbe Syriæ oriundus philoſophus, diſcipulus Porphyrii philoſophi qui Plotini fuit auditor, vixit circa tẽpora Conſtantini Imperatoris. Scripſit varios libros in Philoſophia.

Meminit Commentarius Græcus Sopatri, Syriani & Marcellini in Hermogenem *pag. Aldi edit. 383.*

Καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὡς Γ' ἀμβλιχός φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, μέσον ὑπαγὼν ἀρχόμενος, ψαλτήριόν τινα σοφὸν ἀνθαλοῦντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος, τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι αὐτόδοντα δηλ ζηλοτυπίαν, ἐφ' ἑκάστῃ τῆς μανίας παρακελευσάμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν δηλ τι καταστηματικώτερον μέλος τὸ καλούμενον ἀπονδείον. Locus est lib. 1. cap. 25.

Meminit Iulianus Imperator. Cujus aliquot ad ipsum Epistolas perquam elegantes subdere placuit.

IULIANUS IMPERATOR IAMBLICHO PHILOSOPHO,

Petro Martinio Morentino Navarro interprete.

VLyssi satis fuit ad filii de ipso opinionem coërcēdum dicere, *Non sum de superis, quid me immortalibus aquas?* At ego ne hominem quidē esse me dicere ausim, ut est in proverbio, quādiu absum ab lamblicho: Veruntamē eius studiosum cupidumq; esse me concedam, sicut ille pater Telemachi. Quamuis enim indignum me aliquis fortasse dixerit, attamen non propterea me à tui amore abstrahet. Nam & multos egregiarum statuarū amatores fuisse audio, qui nō solùm artificis laudi nihil obfuerint: verùm etiam suo erga illas amore veram vivámq; voluptatem operi addiderint. Quod autem me veteribus illis sapi-

Ι' ΟΥΛΙΑΝΟΥ'Σ Ι' ΑΜΒΛΙ'ΧΩ. ΦΙΛΟΣΟ'ΦΩ.

Ὀδυσσεῖ μὲν ἐξήρκει τὰ παιδὸς τὴν ἐφ' αὑτῷ φαντασίαν ἀπαλλάττειν, λέγειν,

Οὔτοι τις θεὸς εἰμὶ· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις;

Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἄνθρωπον εἶναι φαίην ἄν, ὡς ὁ λόγος, ἕως ἂν Γ' ἀμβλίχῳ μὴ συνῶ· ἀλλ' ἱερᾶς μὲν εἶναι ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τὰ Τηλεμάχου πατήρ. Κἂν γὰρ ἀναξίου με λέγῃ τις, οὐδὲ οὕτω τὸ ποθεῖν ἀφαιρήσεται. Ἐπεὶ καὶ ἀγαλμάτων καλῶν ἀνδρῶν πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι, μὴ μόνον τὰ δημιουργῶν τὴν τέχνην μὲν βλάπτοντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῷ ἔργῳ προσθέντας. τῷ γοῦν μὴν παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, οἷς ἡμᾶς

ὑμᾶς εἰς ἔριν ἐθέλεις παίζων, ὁσοῦτον ἀπέχειν φαίην, ὁπόσον αὐτὸς ἀμαθίας μισεῖσθαι πιστεύω. Ἆλλοι σύγε Πίνδαρον μόνον, οὐδὲ Δημόκριτον ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἆθλον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικόν, ὁπόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἀληθῆ μνημονεύεται, καθάπερ ἐν λύρας ποικίλων φθόγγων ἁρμονίᾳ συσκάσῃ, πρὸς τὸ ἐντελὲς καὶ μουσικῆς τέρας ἔχοις· καὶ ὥσπερ Ἄργον τὸν φύλακα Διὸς οἱ μῦθοι προνοίαν ἔχοντα τῶν Διὸς παιδικῶν, ἀκοιμήτοις ἀνέλοθεν ὀφθαλμῶν βολαῖς περιφράττουσιν· ἔτω καὶ σὲ γνήσιον ἀρετῆς φύλακα καθαροῖς παιδεύσεως ὀφθαλμοῖς ὁ λόγος φωτίζει. Προῖσα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιον φασι ποικίλως μορφαῖς ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν, ὥσπερ ἀθεώρητος μὴ ἀθρητοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἂν σοφὸς, ᾖ φησίν. Ἐγὼ δὲ εἰ περ ἦν ὄντως σοφὸς Πρωτεὺς, καὶ οἷος πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκειν, ὡς Ὅμηρος λέγει, δι' ἃ μὲν οὐκ ἂν ἠδέως φύσιν αὐτὸν ἐπαινῶν, δι' ἃ δὲ γνώμης οὐκ ἂν ἀσαίμην, διότι φιλανθρώπευτο, ἀλλὰ ἀπατεῶνος ἔργον ἐποίει κρύπτων ἑαυτὸν, ἵνα μὴ χρήσιμος ἀνθρώποις ᾖ. Σὺ δὲ ὦ ξυνετὲ, εἰκὼς ἂν ἀληθῶς θαυμάσθην, ὡς εἰδὼς τὴν Πραξέως τοσοφίαν μείζω, καὶ μὴ μᾶλλον ὡς ἀρετὴν, ἀγαπᾷς χορηγὸν ἔχειν καλῶν, ὠφελοῦς ἀνθρώπους· ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καθαρὸν ἰλὺν, ἀκτῖνάς σου ἀπερισφῶς ἐπὶ πᾶσαν ἀλήθειαν ἵεις,

entibus ludēs aſcribis, tantū me ab iis abeſſe ſentio, quantum de eorum grege ac diſciplina me eſſe profiteor. Tu verò non ſolùm Pindarum aut Democritum aut Orpheum illum antiquiſſimum, ſed omnes omninò Græciæ philoſophos, qui in eo genere floruiſſe memorantur, tanquam in lyræ variis è ſonis concentu ad perfectam Muſicam conjunxiſti: atq; ut Argum illum qui Iovis delicias Iovis cuſtodiebat, pervigilibus oculis undiq; poëtæ obſcpiunt: ſic te virtutis verum & germanum cuſtodem puris doctrinæ luminibus illuſtrat eloquentia. Ajunt Proteum illum Ægyptium ſe in varias formas commutaſſe, quaſi veritum ne imprudens hominibus requirentibus ſapientem ſe eſſe demonſtraret. Ego verò, ſi quidem ſapiens fuit reipſa Proteus, & is qui multas res cognoſceret (ſicut vult Homerus) deſcientia eum laudo, de ingenio nō laudo: non enim viri boni & liberalis, ſed impoſtoris improbi officio fungebatur, cum eo ſe occultaret, ne hominibus prodeſſet. At te, vir clariſſime, quis non jure admiretur, tùm quod Proteo ſapientiæ laude non cedis, tùm multò magis, quod virtutem, ſummamq; rerum optimarum ſcientiam nemini invides, ſed inſtar nitidi ſolis tuos illuſtres radios in omnes emittis,

non modò præsentes docendo: sed etiam absentes, quoad licet, scriptis tuis ornando. In quo sanè Orpheum illum nobilem superas. Ille siquidem Musicam suam in beluis demulcendis consumebat: tu tanquam ad salutem humani generis in hoc mundo collocatus, omnibus locis AEsculapii manum imitaris, voceq; ista facunda & salutari omnes orbis partes perlustras. Quocirca mihi videtur Homerus, si reuiuiscceret, multò iustius illud de te usurpare posse:

Vnus adhuc viuus late versatur in orbe.

Nam ignis ille antiquæ formæ nobis tanquam scintilla quædam sacra veræ atq; uberis doctrinæ à te uno fovetur atq; alitur. Atq; utinam (ô Seruator Iupiter, & sancte Mercuri) contingat Iamblichum optimum, id est, commune orbis terrarum commodum, longissima vita frui. Certè cùm veteres pro Homero, Platone, Socrate, & si quis alius in orbem hunc incidit, iusta vota feliciter atq; ex animi sententia fecerint, vitamq; illorum hoc modo produxerint: non erit incommodum, hominum nostra ætate viris illis & vita & oratione parem, similibus votis ad summam senectutem cum omnium felicitate transmittere.

ὑμένον τοῖς ἄλλοις τὰ εἰκότα ξυνιὼν, ἀλλὰ καὶ ἀπόνως, ἐφ' ὅσον ἔξεστι, τοῖς παρασυλλαμβάνουσι συμπνέων. Νικῶς δ' ἂν ἔτι καὶ τὸν Ὀρφέα τὸν καλὸν, οἷς φασὶ τοῖς ἑλληνικοῖς· ὁ μὲν γὰρ τὴν οἰκείαν Μουσικὴν εἰς τὰς τῶν θηρίων ἀγωγὰς κατανάλισκε· σὺ δὲ ὥσπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τεταχθεὶς, Ἀσκληπίου χεῖρα παλαιὰν ζηλῶν, ἅπαντα ἐπέρχῃ λογίῳ καὶ σωτηρίῳ πνεύματι. ὥστε μόνος δοκεῖ καὶ Ὄμηρος, εἰ ἀνεβίω, πολλῷ δικαιότερον σὺ ἂν αὐτὸ ἐπί σοι εἰκεῖνο τὸ ἔπος αἰνίξασθαι, τὸ,

Εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται· εὐρεῖ κόσμῳ.

Τὸ γὰρ πῦρ τὸ παλαιᾶς κόμμεως ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γνησίου παιδεύσεως ὑπὸ σοὶ μόνῳ ζωπυρεῖται. καὶ εἴη γε Διὸς σωτῆρος καὶ Ἑρμοῦ ἁγνοῦ τὸ κοινὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὄφελος, Ἰάμβλιχον μὲν καλὸν ἐπὶ μήκιστον χρόνου περᾶσαι· φάντως δὲ καὶ ἐφ' Ὁμήρῳ καὶ Πλάτωνι καὶ Σωκράτει, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τοῦ χοροῦ τούτου, δικαίας εὐχῆς ἐπιτεύγμα τοῖς προτεροποιήσασθαι, ὅταν τοῖς ἐκείνων καιροῖς ἐπὶ μεῖζον αὔξησον· ὁ δὲ καλούσῃ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἄνδρα ἐλλόγῳ καὶ βίῳ τοῖς ἀνδρῶν ἐκείνων ἀνταξίων, ἐφ' ὁμοίαις εὐχαῖς ἐς τὸ ἀκρόπαλον βίου γῆρας ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τοῖς ἄλλοις συμπέμπων.

β. Ἰάμ-

Β. ΙΑΜΒΛΙΧΩ.

Αἰσθάνομαί σε τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμᾷ, καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων. ἐγὼ δὲ εἰμέν τι συνειδὼς ἐμαυτῷ τὰ πρὸς σε γιγνόμενα καὶ κατὰ μικρὸν ἐλλείψαντι, πάντως ἢ τὰς προφάσεις εὐλόγως ἔπαιον, ἐπειρώμην, ὡς ἐνῆν, τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν, ἢ συγγνώμην ἁμαρτεῖν αἰτεῖν ἐπιρρώμην. ἐπεὶ καὶ ἄλλως ἀσύγγνωστον οἶδά σε πρὸς τοὺς σούς, εἴ τι σοὶ πρὸς σε φιλικῶν ἐξήμαρτον ἔχοιμεν. νῦν δὲ οὐδὲ ἦν ὅτε παροφθῆναι θέμις, ἔντιμός σε μελετῶν, ἵνα τύχοιμεν ὧν ἀεὶ ζητοῦμεν· φόρεσοι καθάπερ ἐν δίκῃ γραφῆς ἀπολογήσομαι, καὶ δείξω μηδὲν ἐμαυτὸν ὢν ἔχρῆν, εἰς σε παρειδεῖν, ἀλλὰ μηδὲ μελλήσειν τολμήσαντα. ἦλθον ἐκ Παννονίας ἤδη ἕβδομον ἔτος τοῦτο, πόλις ἀφ' ὧν οἶδα κινδύνων καὶ πόνων σωθείς. ὑπερβὰς δὲ τὸν Χαλκηδόνιον πορθμὸν καὶ ἐπισὰς τῇ Νικομήδους πόλει, σοὶ πρώτῳ καθάπερ πατρίῳ θεῷ τὰ πρωτόλεια τῆς ἐμαυτοῦ σώσεως ἀπέδωκα, συμβολον τῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς, οἷον ἀντ' ἀναθήματος ἱερεῖ· εἰς σὲ πρόρρησιν ἐκπέμπων καὶ ἦν ὁ κομίζων σὰ γράμματα τῶν βασιλείων ὑπασπιστῶν εἷς, Ἰουλιανὸς ὄνομα,

II. IAMBLICHO.

SEntio tuam in reprehendendo dulcedinem, & quemadmodum utrumq; pariter efficias, ut & nos scribendo ornes, & reprehendendo erudias. Ego verò si mihi essem conscius vel tantillum officio erga te meo defuisse, certè aliqua probabili ratione crimen conarer effugere, quantum possem, aut delicti veniam petere non recusarem: præsertim cùm te sciam non esse tuis implacabilem, si quid per imprudentiam in amicitia offenderint. Nunc autem (neque enim cunctationem aut inertiam res ferebat, si modò assequi aliquandò volumus, quæ semper optavimus) constitui tibi tanquam coram judice res esset, causam dicere, nihilque à me, secus quàm oporteret, vel negligentia vel tarditate commissum esse, probare. E Pannonia veni tertio ab hinc anno, vix ex illis periculis & laboribus, quos tu minimè ignoras, ereptus. Cùm autem fretum Chalcedonium trajecissem, & ad urbem Nicomedis appropinquassem, tibi primo quasi patrio deo prima pro salute mea vota persolui, cùm ad te signum adventus mei, quasi donarium aliquod sacrum, salutationem misi. Literas autem ferebat unus è regiis satellitibus, nomine Iulianus,

Bacchyli filius, genere Apameus, cui propterea libentiùs Epistolam tradidi, quod & istuc ire & te optimè nosse ajebat. Postea verò mihi abs te tanquam ab Apolline sacra Epistola allata est, qua te libenter de meo adventu cognovisse declarabas. Fuit verò mihi tanquam lætum omen, & initium benè sperandi, sapiens ille Iamblichus, & Iamblichi literæ. Quid hîc commemorem quantoperè lætatus fuerim, aut quemad modum legendis tuis literis affectus? Si enim de hac re literas nostras accepisti (quas tabellario cuidam ex iis, qui ad nos istinc veniũt, dedimus ad te perferendas) certè quantam ex iis voluptatem coeperim, è nostris verbis intelligis. Iterum autem cùm domum rediret ducator meorum liberorum, alteras ad te literas misi, quibus & tibi de prioribus tuis literis gratias agebam, & simul in posterum mutuas à te literas flagitabam. Postea venit ad nos legatus clarus vir Sopater, utque hominem agnoui, continuò exsilui, eumque complexus fleui præ gaudio, quòd nihil nisi te ac tuas literas augurarer. Quas ut accepi, osculatus sum, & ad oculos admovi, mordicusq; tenui, quasi veritus, ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis sensim evolaret. Et quidem statim rescripsi, non

Βαχχύλυ παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ ταῦτο μάλιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείριζον, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἥξειν, καὶ σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπεσχνεῖτο. μετὰ ταῦτά μοι παθάπερ ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐφοίτα παρὰ σου γράμμα τὴν ἄφιξιν τὴν ἐμὴν ἐπαγγελόμενος ἀκριβῶς. ἦλθε τοῦτο ἐμοὶ δέξιον οἰώνισμα καὶ χρησῶν ἐλπίδων ἀρχὴ, Ἰάμβλιχος ὁ σοφὸς, καὶ τὰ Ἰαμβλίχου γράμματα· τί με δεῖ λέγειν ὅπως πέφρανθην, ἢ ἅπερ περὶ τὴν ἐπιστολὴν ἕκαστον σημαίνειν; εἰ γὰρ ἐθέλω τὰ παρ' ἡμῶν ἕνεκα τούτου γραφέντα ἢν δὲ διὰ τὴν μεροδρόμου τῆς ἐκείθεν ἡκούσης ὡς σε ταμφθέντα πάντως ὁπόσον ἐπ' ἀνθρώποις ἡδονὴν ἔσχον, ἀφ' ὧν ἐδήλουν γιγνώσκεις. πάλιν ἐπανιόντος οἴκαδε τὸ ζῴφιον τῶν ἐμαυτῷ παιδίων, ἐτέρας ἦρχον πρὸς σε γραμμάτων, ὁμοῦ καὶ τὰ ἐπιστολοῖς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν, καὶ παρὸς τὰ ἐξῆς ἐν ἴσῳ παρά σου τὰ ἀντίδοσιν αἰτῶν, μᾶλλον αὐτὰ ἐφίσβευον ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος ἐγὼ δὲ ὡς εἶγον εὐθὺς ἀναπηδήσας ἠσπασάμην, καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ σε καὶ τὰ παρὰ σου πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολῶν γράμματα, ὡς δὴ λαβὼν, ἐφίλουν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, καὶ ἀπρὶξ εἶχόμην, ὥστε μὴ λάθῃ μοι ἀποπταῖεν ἐν τῇ τῶν γραμμάτων ἀναγνώσει τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἔνδαλμα· καὶ δὴ καὶ ἀντέγραφον εὐθὺς, ἐ πρὸς

Quemadmodum enim omnes, quicumq; egregii & insignes sunt medici, itémq; gymnastici plerique (sic ab exercendo dicti) penè confitentur, oportere omnes eos, qui boni futuri sunt medici, itemque gymnastas naturę peritos esse: ad eundem modum & bonos legislatores naturæ peritos & expertos esse oportet, & multo magis illorum. Medici enim & gymnastæ virtutis corporis solùm sunt quasi publici artifices. Legislatores verò circa animi virtutes versantes, & de urbis felicitate & infelicitate se aliquid in medium prolaturos dictitantes, multo quidem magis philosophia indigēt. Nam sicuti in reliquis artibus vulgariis & opificiis ab natura optima instrumenta inventa sunt, veluti in arte fabrili amussis, regula, tornus. Atque illa quidem aqua & luce, ac splendoribus radiorum acceptis, juxta quæ judicia ferentes ad sensum, satis superque rectè politeque ea exploramus. Eodem modo etiam eum, qui in Repub. vivit, ab ipsa natura ac veritate terminos, & quasi præscripta quædam habere debet, juxta quæ, quid justum, quid honestum, denique & quid expediens ac utile sit, judicabit. Quemadmodum enim illic hæc ipsa instrumenta omnibus, ut excellentissima præferuntur: ita legum optima illa est, quæ maximè secundum naturam posita est. Hoc autem fieri ab

illo nullo modo potest, qui philosophiæ studio imbutus non sit, vel qui veritatem non cognorit. Ac aliarum quidem artium cum instrumenta, tum exactissimas ratiocinationes non ab illis primis acceptas penè sciunt: sed ab secundis tertiisque & remotissimis, & sermones rationésve ex peritia accipiunt. Soli autem reliquorum philosopho ab ipsis certis ac veris imitatio exsistit. Ipsorum enim, minimè autem imitationum spectator est. Quemadmodum igitur hic faber ædiumque opifex bonus nequaquam est, qui planè regula non utitur, neque aliis ullis id genus instrumentis, reliquis autem ædificiis illa ipsa admovet: eodem modo forsan, etsi quis vel leges fert civitatibus, vel author est, ut actiones administrentur, respiciens atque imitans alias actiones, vel humanas Respub. Lacedæmoniorum, vel Cretensium, vel aliarum similium, nec bonus nec diligens legislator censendus est. Probabile enim non est, ejus, quod bonum & honestum non est, si quis imitatione exprimere volet, bonum honestumque exsistere, & quod natura nec divinum nec stabile est, itidem expressum per imitationem immortale & stabile fore: sed omnium artificum solius philosophi duntaxat, & leges firmæ & actiones rectæ ac bonæ sunt. Solus quippe ad naturam & divinum

μὴ φιλοσοφήσαντα δύνασθαι ποιεῖν, μηδὲ γνωρίσαντα τὴν ἀλήθειαν. καὶ τῷ μὲν ἄλλων τεχνῶν τά τε ὄργανα, καὶ τὰς λογισμὰς τὰς ἀκριβεστάτας, οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν πρώτων λαβόντες ἀρχὴν ἴσασιν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν δευτέρων καὶ τρίτων καὶ πολλοστῶν, τοὺς τε λόγους ἐξ ἐμπειρίας λαμβάνουσι. τῷ δὲ φιλοσόφῳ μόνῳ τῶν ἄλλων ἀπ' αὐτῶν ἀκριβῶν ἡ μίμησις ἔξεστιν. αὐτῶν γὰρ ἐστὶ θεατὴς, ἀλλ' οὐ μιμητής. ὥσπερ οὖν οὐδ' οἰκοδόμος ἀγαθὸς ἔστιν οὗτος, ὅς τις καιρὸν μὲν μὴ χρῆται, μηδὲ τῶν ἄλλων μηδενὶ τῶν τοιούτων ὀργάνων, ἑτέροις δὲ οἰκοδομήμασι παραβάλλων, ὁμοίως ἴσως κἂν εἴτις ἢ νόμους τίθεται πόλεσιν, ἢ πράττειν πράξεις ἐπιβλέπων καὶ μιμούμενος πρὸς ἑτέρας πράξεις, ἢ πολιτείας ἀνθρωπίνας Λακεδαιμονίων ἢ Κρητῶν, ἢ τινῶν ἄλλων τοιούτων, οὐκ ἀγαθὸς νομοθέτης οὐδὲ σπουδαῖος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται μὴ καλοῦ μίμημα καλὸν εἶναι, μηδὲ θεῖα καὶ βέβαια τὴν φύσιν, ἀθάνατον καὶ βέβαιον, ἀλλὰ μόνου ὅτι μόνου τοῦ δημιουργοῦ τοῦ φιλοσόφου, οἱ νόμοι βέβαιοι καὶ πράξεις εἰσὶν ὀρθαὶ καὶ καλαί. μόνος γὰρ πρὸς τὴν φύσιν βλέπων

πων ζῆν, καὶ πρὸς τὸ θεῖον. καὶ καθάπερ ἂν εἰ κυβερνήτης τὶς ἀγαθὸς ἐξ ἀϊδίων καὶ μονίμων ἀναψάμενος τὴν βίου τὰς ἀρχάς, ὁρμᾷ τε ζῆν καθ' ἑαυτόν. ἔστι μὲν οὖν θεωρητικὴ ἥδε ἡ ἐπιστήμη. παρέχει δ' ἡμῖν τὸ δημιουργεῖν κατ' αὐτὴν ἅπαντα. ὥσπερ γὰρ ἡ ὄψις ποιητικὴ τε δημιουργὸς ἱκανός ἐστι. μόνον γὰρ αὐτῆς ἔργον ἐπὶ τὸ κρίνειν καὶ δηλοῦν ἕκαστον τῶν ὁρατῶν, ἡμῖν δὲ παρέχει τὸ πράττειν τι δι' αὐτὴν, τε βοηθεῖ πρὸς τὰς πράξεις ἡμῖν τὰ μέγιστα. χειρὸν γὰρ ἀκίνητοι παντελῶς ἂν ἦμεν, στερηθέντες αὐτῆς· εἶτα δῆλον, ὅτι τε δι' ἐπιστήμης θεωρητικῆς ὕσης, μυρία πράττομεν καθ' αὐτὴν, ὅπως ἡμεῖς καλὰ μὲν λαμβάνομεν, καλὰ δ' ἐκφεύγομεν τῶν πραγμάτων καὶ ὅλως πάντα τὰ ἀγαθὰ δι' αὐτὴν κλώμεθα.

numen respiciens vivit, & instar boni gubernatoris, qui ex æternis & fixis seu stabilibus rebus vitæ initia suscepit, impetu eò fertur, & per se vivit. Hæc ipsa igitur scientia contemplativa est. præbet vero nobis procreatio per se omnia. Quemadmodum enim visus effector & autor nullius est, solùm quippe ejus officium est judicare, & eorum unumquodque, quæ videntur, denotare, præstat autem nobis hoc commodi, ut illius subsidio aliquid agere valeamus, & ad actiones in primis nobis suppetias præbet: penè namque ut trûci omninò immobiles essemus, videndi facultate privati: ita manifestum est, cùm scientia sit contemplativa, nos illius subsidio nihilominus infinita agere, atque illas quidem res accipimus, alias fugimus, & in universum illius adminiculo, quæ bona & honesta sunt, omnia acquirimus.

Κεφ. ια.

Ὅτι τοίνυν τοῖς ἑλομένοις τὴν καλὰ νῦν βίον, καὶ τὸ ζῆν ἡδέως μάλιστα ὑπάρχει, δῆλον ἂν γένοιτο ἐντεῦθεν. φαίνεσθαι διττῶς λέγεσθαι τὸ ζῆν, τὸ μὲν καθ' δύναμιν, τὸ δὲ καθ' ἐνέργειαν. ὁρῶντα γάρ εἶναι φαμὲν ὅσα τείχει τῶν ζώων ὄψιν καὶ δυνάμει πέφυκεν ἰδεῖν, κἂν μύοντα τῷ χάσματι, καὶ τὰ χρώμενα τῇ δυνάμει καὶ προσβάλλοντα τὴν ὄψιν. ὁμοίως

Cap. XI.

Quod igitur vitæ genus cum mente ac judicio deligentibus ipsa quoque vita jucundissimè transigitur, hinc manifestum fuerit. Vita bifariam dici videtur, vel potentia, vel actu. Omnia enim illa videntia esse dicimus animalia, quæcumque visum habent, & nata sunt, ut possint videre, etsi occulta & retrusa exsistant, utunturque potentia, & oculos adjiciunt. Eodem modo,

modo de eo, quod dicimur scire & nosse judicandum est. uti & speculari unum quidem esse dicimus: unum verò habere vim & potentiam & scientiam. Si igitur sensu discernimus, utrum quis vivens an mortuus sit: sensus autem bifariam accipiatur, propriè quidem, ut quis sensu utatur, aliter autem & impropriè, posse uti, eo quod dicimus & sensu præditum esse eum, qui dormit, addentes, ita videri: nimirum manifestum est sequi, vitam bifariam dici. Namq; eum, qui vigilat, dicendum est verè & propriè vivere. Eum verò qui dormit, eo quòd possit in hunc motum transire, quo dicimus aliquem & vigilem esse, & res sentire. Propterea & in hoc respicimus. Cùm igitur dictum fuerit idem unũquodque duorum exsistẽtium, alterutrum autem fuerit dictum, vel activè vel passivè, huic magis reddemus id exsistere, quod dictum est. Veluti exempli gratia, eum qui utitur re aliqua magis eo, qui scientiam habet, scire. Videre autem eum magis, qui adjicit obtutum ad rem aliquam, eo, qui possit adjicere. Non enim solùm, cùm magis dicimus, hoc proferimus juxta excellentiam, quorum unus fuerit sermo: Sed & juxta id quod prius sit, aliud autem, quod est posterius. Veluti sanitatem salubriũ magis bonum esse dicimus, & quod per se natura expetendũ

δεῖ κ̀ τὸ ἐπίστασθαι, κ̀ τὸ γινώσκειν, ἓν μὲν τὸ χρῆσθαι κ̀ θεωρεῖν λέγομεν. ἓν δὲ τὸ κεκτῆσθαι τὴν δύναμιν κ̀ τὴν ἐπιστήμην ἔχειν. εἰ τοίνυν τῷ μὲν αἰσθάνεσθαι τὸ ζῆν διακρίνομεν, κ̀ τὸ μὴ ζῆν, τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι διττὸν, κυρίως μὲν τῷ χρῆσθαι τῇ αἰσθήσει, ἄλλως δὲ τῷ δύνασθαι, διότερ φαμὲν αἰσθάνεσθαι κ̀ τὸν καθεύδοντα, λέγοντες, ὡς ἔοικε, δῆλον ὅτι κ̀ τὸ ζῆν ἀκολουθήσει διττῶς λεγόμενον. τὸν μὲν γὰρ ἐγρηγορότα φαμὲν ζῆν ἀληθῶς κ̀ κυρίως. τὸν δὲ καθεύδοντα διὰ τὸ δύνασθαι μεταβάλλειν εἰς ταύτην τὴν κίνησιν, καθ' ἣν λέγομεν ἐγρηγορέναι. τί κ̀ τῷ τεκμαίρεσθαί τινας, διὰ τοῦτο κ̀ εἰς τοῦτο βλέποντες. ὅταν οὖν λέγωμέν τι ταὐτὸν ἑκάτερον ὂν ὄντιν, ἢ δὲ θάτερον λεγόμενον, ἢ τὸ ποιεῖν ἢ τὸ πάσχειν, τούτῳ μᾶλλον ἀποδώσομεν ὑπάρχειν τὸ λεχθὲν, οἷον ἐπίστασθαι μὲν μᾶλλον τὸ χρώμενον, τῇ τοῦ ἐπιστήμην ἔχοντος. ὁρᾶν δὲ τὸ προσβάλλοντα τὸν ὄμμα, τοῦ δυναμένου προσβάλλειν. ἐνδέχεται τὸ μᾶλλον λέγεσθαι καθ' ὑπεροχὴν, ὧν ἂν εἰς ᾖ πλείονας, ἀλλὰ κ̀ καθ' ὃ πρότερον εἶναι, τὸ δὲ ὕστερον, οἷον τὴν ὑγίειαν τῆς ὑγιεινῶν μᾶλλον ἀγαθὸν εἶναι φαμὲν, κ̀ τὸ καθ' αὑτὸ τὴν φύσιν αἱρε-

αἱρετὸν τῷ ποιητῷ. καίτοι τὸν λόγον ὁρῶμεν, ὡς οὐχὶ ἥδιστα καθηδόμενος, ἀμφοῖν ὅτι ἀγαθὸν ἑκάτερον ἐπὶ τῇ τοῦ ὠφελίμων καὶ τῆς ἀρετῆς. καὶ ζῆν ἄρα μᾶλλον φατέον τὸ ἐγρηγορότα τῷ καθεύδοντος, καὶ τὸν διενεργοῦντα τῇ ψυχῇ τὰ μόνον ἔχοντος. δι' ὃ καὶ ἐκεῖνον καὶ τοῦτον ζῆν φαμὲν, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἐκεῖνος πάσχειν ἢ ποιεῖν. οὐκοῦν τὸ μεχρῆσθαι παρ' τοῦτο ἐστὶν, ὅταν εἰ μὲν εἷς ἡ δύναμις ᾖ, τοῦτο αὐτὸ πράττῃ τις, εἰ δὲ πλειόνων τὸ ἀριθμὸν, ὃ ἂν τούτων τὸ βέλτιστον, οἷον αὐλοῖς, ἤ τοι μόνον ὅταν αὐλῇ χρῆταί τις, ἢ μάλιστα. ἴσως γὰρ ἐπὶ τούτῳ καὶ τῆς ἄλλων. ἐκοῦν μᾶλλον χρῆσθαι τὸ ὀρθῶς χρώμενον φατέον. τὸ γὰρ ἐφ' ὃ, καὶ ὡς πέφυκεν ὑπάρχειν τῷ χρωμένῳ καλῶς καὶ ἀρετῶς. ὅτι δὴ καὶ ψυχῆς ἦτοι μόνον, ἢ μάλιστα πάντων τῆς ἔργων τὸ διανοεῖσθαί τε καὶ συλλογίζεσθαι. ἁπλοῦν ἄρα ἤδη τοῦτο, καὶ παρ' συλλογί. ζεσθαι ῥᾴδιον, ὅτι ζῆν μᾶλλον ὁ διανοούμενος ὀρθῶς, καὶ μάλιστα πάντων ὁ μάλιστα ἀληθεύων. ὅτος δ' ἐστὶν ὁ φρονῶν καὶ θεωρῶν κατ' ἀκριβεστάτην δύναμιν. καὶ τότε γε τελέως ζῆν, τότε δὲ τούτοις ἀποδοτέον, τοῖς φρονοῦσι καὶ τοῖς φρο-

est, melius esse eo, quod factum est. Atqui sermonem videmus nequaquam utrimq; damnatum esse, quia utrumq; bonum est & in iis, quæ utilia sunt, & iis, quæ sunt virtutis. Itaq; potius dicēdum est illū vivere, qui vigilat aut experrectus est præ eo, qui dormit, eumq;, qui animo aliquid tanquam instrumento agit, vivere præ illo, qui solum habet animum. Nam propter illum & hunc vivere dicimus, quoniā talis est, qualis ille, qui vel patitur, vel operatur. Igitur hoc est quavis re uti, quū, si quidem unius facultas est, hoc ipsum alius quis faciat. Sin autem pluriū numero potestas erit, quodcumq; horum fuerit optimū, veluti tibiis, vel solùm cùm tibia cecinerit, utatur quis vel maximè. Aequali enim modo, ut hac in re, ita se etiam habet in aliis. Proinde ille magis uti dicēdus est, qui ritè & probè utitur.

*

Porrò autem & animi est vel solum, vel omnium maximè primarium opus, & cum mēte aliquid revolvere & colligere. Simplex igitur jam hoc & cuivis facilè est cum ratione colligere, magis vivere eū, qui rectè & cum mēte expendit, & omniū maximè ille, qui antè alios vera profert. Hic verò est, qui mente præditus sapit, & videt juxta exactissimam sciētiam. Et quidē perfectè vivere tunc & hisce tribuendū est, qui sapiunt, & pru-

dentes ſunt. Quod ſi autem vivere, omni animanti quidem idem eſt, quod manifeſtum eſt eſſe. quia etſi fuerit maximè & propriiſsimè omnium ille, qui mente præditus & prudens eſt, & tunc maximè tẽporis omnis cũ egerit & cõtẽpletur, quod ex rebus, quæ ſunt, cognobile fuerit. Cęterùm perfecta efficacia & quæ non impeditur, habet in ſe gaudium, ita ut contemplativa efficacia totius jucundiſsima ſit. Igitur aliud adhuc eſt cum voluptate bibere, & jucũdè bibere. Nihil enim prohibet non ſitientem aliquem, neq; quali gaudet potu, ſi afferatur, cum gaudio bibere, nõ ſedentẽ ad bibendũ, ſed ut contingat eũ videre ſimul aut videri. Proinde de hunc quidem voluptatẽ capere, & cum voluptate bibere dicemus: ſed nõ in eo quod bibat, neq; quod jucundè bibat. Itaq; ſic & inceſſum & cõſeſſum, & diſciplinam ac motum omnem etiam dicemus jucundum aut acerbum, non quibus cõtingit nos, ſi adſint, triſtitia affici, vel gaudere: ſed quorũ præſentia omnes & dolemus, triſtamurq;, & gaudemus. Igitur vitam quoq; juxta jucundam dicemus, cujus præſentia iis, qui habent, jucunda eſt, & vivere jucũdè exiſtit, nõ omnes, qui vivũt, gaudẽt, ſed illi, quibus ipſa vita jucũda eſt, & vivere jucũdũ exſiſtit, & gaudẽt voluptate, quę ab vita exſiſtit. Vitã igitur potius tribuimus vigilanti, quàm dor-

νίμοις. εἰ δὲ τὸ ζῆν, ὅτι τῷ ζώῳ γε ταὐτὸ πᾶσιν, ὅπερ ἔξω δῆλον, ὅτι καὶ εἰη μάλιστα καὶ κυριώτατα πάντων ὁ φρόνιμος, & τότε μάλιστα τῶν χρόνων πᾶσιν, ὅταν ἐνεργῇ καὶ τυγχάνῃ θεωρῶν, τὸ μάλιστα τῶν ὄντων γνώριμον, ἀλλὰ μὴν ἡ γε τελεία ἐνέργεια καὶ ἀκώλυτος ἐν ἑαυτῇ ἔχει τὸ χαίρειν, ὥστε ἂν εἴη ἡ θεωρητικὴ ἐνέργεια πάσης ἡδίστη. ἔστι τοίνυν ἕτερόν ὅτι τὸ ἡδόμενον πίνειν, καὶ τὸ ἡδέως πίνειν. οὐδὲν γὰρ κωλύει μὴ διψῶντα τινα, μηδ' οἷῳ χαίρει τρόπῳ προσφερόμενον πίνοντα χαίρειν. μὴ τῷ πίνειν ἀλλὰ τῷ συμβαίνειν ἅμα θεωρεῖν ἢ θεωρεῖσθαι καθήμενον οὐκοῦν τοῦτον ἥδεσθαι μὲν & ἡδόμενον πίνειν φήσομεν, ἀλλ' οὐ τὸ πίνειν, οὐδὲ ἡδέως πίνειν. οὐκοῦν οὕτω καὶ βάδισιν, καὶ καθέδραν, & μάθησιν καὶ πᾶσαν κίνησιν καὶ ἐρωτᾶν ἡδεῖαν ἢ λυπηρὰν οὐχ ὅσων συμβαίνει λυπεῖσθαι παρουσῶν ἡμᾶς ἢ χαίρειν, ἀλλ' ὧν τῇ παρουσίᾳ & λυπούμεθα πάντες & χαίρομεν. καὶ ζωὴν οὖν ἡδεῖαν ὁμοίως ἐροῦμεν, ἧς ἡ παρουσία τοῖς ἔχουσιν ἡδεῖα, καὶ ζῆν ἡδέως, οὐ πάντας ὅσοις ζῶσι συμβαίνει χαίρειν, ἀλλ' οἷς αὐτὸ τὸ ζῆν ἡδύ, καὶ χαίρουσι τὴν ἀπὸ ζωῆς ἡδονήν. ἐκ δὲ τοῦ ζῆν ἀποδίδοσθαι τῷ μὲν ἐγρη-

γο-

γορότι μᾶλλον, ἢ τῷ καθεύδοντι, σωφρονοῦντι δὲ, ἢ τῷ ἄφρονι μᾶλλον, ἢ δὲ ἀπὸ ζωῆς ἡδονὴν, ἢ ἀπὸ τῆς χρήσεως γιγνομένην, φαμὲν ἐξ ψυχῆς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ζῆν ἀληθῶς. Εἰ πίνειν δὲ πολλαὶ ψυχῆς εἰσὶ χρήσεις, ἀλλὰ κυριωτάτην γε πασῶν ἡ τὸ φρονεῖν ὅτι μάλιστα. δῆλον τοίνυν ὅτι καὶ ἡ γιγνομένην ἀπὸ τοῦ φρονεῖν καὶ θεωρεῖν ἡδονὴν, ἢ μόνην ἢ μάλιστα ἀναγκαῖον ἀπὸ τοῦ ζῆν εἶναι. τὸ ζῆν ἄρα ἡδέως δὲ τὸ χαίρειν ὡς ἀληθῶς, ἅπτοι μόνοις, ἢ μάλιστα ὑπάρχει τοῖς φιλοσόφοις. καὶ τὴν ἀληθεστάτων νοήσεων ἐνέργεια καὶ ἀπὸ τῶν μάλιστα ὄντων πληρουμένη, καὶ στέγουσα αἰὲι μονίμως τὴν ἐνδιδομένην τελειότητα, αὕτη πασῶν ἐστι καὶ πρὸς εὐφροσύνην ἀνυσιμωτάτη. ὥστε καὶ δι' αὐτὸ τὸ χαίρειν τὰς ἀληθεῖς καὶ ἀγαθὰς ἡδονὰς φιλοσοφητέον ἐστὶ τοῖς τὴν ἕξιν ἔχουσιν.

Κεφ. ιϐ.

Εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον ἀπὸ τῶν μέρων τοῦτο συλλογίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὅλης εὐδαιμονίας, ἄνωθεν τὸ αὐτὸ καταδείξαι, λέγωμεν διαῤῥήδην, ὅτι δὴ ὡς ἔχει πρὸς εὐδαιμονίαν τὸ φιλοσοφεῖν, ἕτω δὲ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμῖν ἢ φαῦλον εἶναι καὶ αὐτὸ διακεῖσθαι. πάντα γὰρ τὰ μὲν πρὸς τοῦτο, τὰ δὲ διὰ τοῦτο πᾶσιν αἱρετέον ἐστί. καὶ τὰ μὲν ὡς ἀναγκαῖα

miēti, & potius ei, qui mēte præditus est, quàm qui ea caret, & amēs est. Voluptatē autem vitę, quę ab usu exsistit, dicim⁹ esse animi. Hoc quippe est verè vivere. Quod si igitur etiam multi sūt animi usus, saltē omniū maximè propri⁹ ille est, qui est sapiēdi. Quare manifestum est, voluptatem, quæ exisit ab sapiendo & contemplando, vel solam, vel maximè necessariū esse ab vita proficisci. Quocirca jucundè vivere, & re vera gaudere, vel solis, vel philosophis maximè exisit. Nam verisimarū cogitationum efficacia & ab iis, quæ maximè sunt, completa, & semper stabiliter tolerās inditam perfectionem, ea omnium est etiam ad animi oblectationem expeditissima. Proinde propter hoc ipsum, quod veris & honestis voluptatibus gaudeamus, iis, qui mente præditi sunt, philosophandum est.

Cap. xii.

QVod si autem hoc non modò à partibus colligendum est, verùm etiam ab tota felicitate, à primis initiis hoc ipsum cōfectum reddidisse palam dicamus, quod quemadmodū se habet ad felicitatem philosophari, ita quoq; ut nobis bonum aut malum accidat, id ipsum animari. Omnia enim partim quidem ad hoc, alia verò propter hoc, omnibus eligenda & suscipienda sunt. Atq; illa quidem, ut quæ in

rebus neceſſaria ſunt, alia verò iucunda, propter quæ beati ſumus. Proinde felicitatem ſtatuimus vel prudentiam eſſe, ac ſapientiam aliquam, vel virtutem, vel maximè ut valeant & gaudeāt omnia hæc. Itaque ſive prudentia eſt, manifeſtum ſolis philoſophis exſiſtere, ut feliciter & beatè vivant, ſive animus ſit virtus, vel benè gaudere. Et ſi hoc pacto, vel ſolis, vel maximè omnium. Virtus enim in primis præcipuū eſt illarum rerum, quæ in nobis ſunt, omniumq; iucundiſſima res eſt, quaſi unum ad unum, prudentia. Eodem modo & hîc cùm ſimilia quis dixerit eſſe felicitatem, definiendum eſt quid ſit prudentia, ita ut omnibus iis, qui poſſunt, philoſophandum fuerit. Vel enim hoc eſt perfectè & honeſtè vitā inſtituere, vel quod maximè omnium quaſi unum dicendo, animis cauſſam præbet. Verum hîc quidem, quia fortaſſe genus noſtrum eſt præter naturā, difficile eſt diſcere & conſiderare, ac vix quis intellexerit per bonam indolem, & vitam, quæ præter naturam eſt. Quod ſi verò rurſum poterimus ſervari, unde venimus, manifeſtum eſt iucundiùs nos & faciliùs omnes hoc facturos. Enimverò nunc deſerti à bonis vivimus, ea, quæ neceſſaria ſunt, adminiſtrātes. Et omnium maximè, qui in primis eſſe videntur plærique beati. Quòd ſi autem viam cœleſtem amplectamur, & ad illam ſemper contendamus, ſatis ſuperque beati erimus. Quòd ſi autem viam cœleſtem amplectamur, & ad illam ſemper contendamus, ſatis ſuperque beati erimus.

τῆς φρονήσεως, τὰ δὲ ἡδέα, δι' ὧν εὐδαιμονοῦμεν. οὐκοῦν τὴν εὐδαιμονίαν τιθέμεθα, ἢ τοι φρόνησιν εἶναι, καί τινα σοφίαν, ἢ τὴν ἀρετὴν, ἢ τὸ μάλιστα χαίρειν πάντα ταῦτα. οὐκοῦν εἴτε φρόνησίς ἐστι, φανερὸν ὅτι μόνοις ἂν ὑπάρχοι τοῖς φιλοσόφοις τὸ ζῆν εὐδαιμόνως, εἴ τε ἀρετὴ ψυχῆς, ἢ τὸ χαίρειν. κἂν οὕτως ἢ μόνοις, ἢ μάλιστα πάντων. ἀρετὴ γάρ ἐστι τὸ κυριώτατον τῆς ἐν ἡμῖν, ἥδιστόν τε πάντων ἐστὶν, ὡς ἓν πρὸς ἕν, ἡ φρόνησις. ὁμοίως δὲ κἀνταῦθα πάντα ταῦτα φῇ τις εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ὁριστέον ἐστὶ τὸ φρονεῖν, ὥστε φιλοσοφητέον ἂν εἴη πᾶσι τοῖς δυναμένοις. ἢ γάρ τοι τοῦτ' ἐστὶ τὸ τελέως εὖ ζῆν, ἢ μάλιστά γε πάντων, ὡς ἓν εἰπεῖν ἅπαν τοῦτο ταῖς ψυχαῖς. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν δὴ τὸ παρὰ φύσιν ἴσως ἐστὶ τὸ γένος ἡμῶν, χαλεπὸν τὸ μανθάνειν καὶ σκοπεῖν ἐστι, καὶ μόλις αἰσθάνοιτο διὰ τὴν εὐφυΐαν καὶ τὴν παρὰ φύσιν ζωήν. ἐὰν δέ ποτε δυνηθῶμεν σωθῆναι πάλιν, ὅθεν ἐληλύθαμεν, δῆλον ὡς ἥδιον καὶ ῥᾷον αὐτὸ ποιήσομεν πάντες. νῦν μὲν γὰρ ἀφοιμένοι τῆς ἀγαθῶν διατελοῦμεν πράττοντες τὰ ἀναγκαῖα. καὶ μάλιστα πάντων, οἱ μάλιστα μακάριοι δοκοῦντες εἶναι τοῖς πολλοῖς. ἐὰν δὲ τὴν ἀρχὴν ὁδὸν λαβώμεθα,

βώμεθα, καὶ περὶ τὸ σύνομον ἄστρον τῆ ζωῆ τῆ ἑαυτῶν ἀπερείσωμεν, τότε φιλοσοφήσομεν ζῶντες ἀληθῶς καὶ θεώμενοι θεωρίας ἀμηχάνους τὸ κάλλος, ἀτενίζοντες τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐμφρόνως. καὶ θεώμενοι τὴν τῶν θεῶν ἀρχὴν εὐφραινόμενοι καὶ χαίροντες σωφρόνως ἀπὸ τῆς θεωρείας, ἡδόμενοι χωρὶς πάσης λύπης. οὕτως οὖν ἐπιόντες εἰς πᾶσαν εὐδαιμονίαν εὑρήσομεν ἡμῖν συμβαλλόμενον τὸ φιλοσοφεῖν, διόπερ αὐτὸ ἀναλαμβάνειν ἄξιον ὡς σπουδαιοτάτου, καὶ μάλιστα ἡμῖν πρόσηκοντος.

plexati fuerimus, & circa aſtrum familiare noſtram ipſorum vitam applicemus, tum Philoſophemur, revera viventes, & conſiderantes ſpeculationis immenſæ pulchritudinem. animo intentè intuentes, idque congruenter ad ipſam veritatem, & conſpicantes deorum magiſtratum, animo exſiſtentes hilari gaudentesq; continenter ab ſpeculando, delectantes abſque omni rabie. Ita igitur progredientes in omnẽ felicitatem, reperimus nobis conducibile eſſe philoſophari. Quamobrem hoc ſapientiæ ſtudium eſt dignum, ut apprehendatur tanquã optimũ & nobis maxime cõveniens ac congruum.

Κεφ. ιγ.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ ὑπὲρ τῶν περὶ φιλοσοφίας ἐννοιῶν ποιήσασθαί τινα λόγον ταῦτα παράκλησιν, ἴδωμεν δὴ ἀπὸ τούτων ἐπέλθωμεν ὅτῳσι κινδυνεύουσιν ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας λελῆθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. καὶ μάλα εἰκότως. λέληθε δὲ τοὺς πολλούς, ἥτις θανάτου ἐστὶ καὶ ἐν ἄξιον ἐστι θανάτου, καὶ οἷον θανάτου οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι. θάνατος μὲν οὖν ἐστιν οὐκ ἄλλό τι, ἢ ἡ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγή. καὶ ἐστι

CAP. XIII.

QVod ſi autem & hîc ab communibus notionibus aliqua facienda eſt de Philoſophia adhortatio, agedum & hinc negotium ſic aggrediamur. Quicumque ſapientiæ ſtudium ritè legitimeq; attigerunt & guſtarunt, ii reliquos mortales cælare voluiſſe videntur, ſe nulli alii rei æquè ſtudere, nihilque commentari, quàm tum mori, tum etiam mortuum eſſe. Atque hoc omnino jure meritoque. quippe illos maximam partẽ fugit, anne verò morituri, & an morte, & cujuſmodi morte digni ſint, qui verè germaneque Philoſophi ſunt. Mors igitur non eſt aliud, quàm animi à corpore liberatio.

Atq; id mortuum esse significat, corpus quidem ab animo seorsum liberatum per se exsistere. Seorsum item animum per se ipsum exsistere, cùm ab corpore liberatus est. Itaque cùm hoc eo se modo habeat, meritò sanè viri Philosophi munus non est, hasce voluptates, uti vocantur, sectatum esse, cujusmodi sunt voluptates tum cibi, tum potus, neque etiam rerum venerearum. Imò verò ne reliquas quidem corporis curas cultusque, ceu sunt vestium excellentium, calceorumq; parationes talis Philosophus pretiosas reputaturus est, atque reliqua corporis ornamēta nullo honore habebit. Despicit autem illa & nullo loco habet, quatenus non magna necessitate illis vtendi vrgetur. Hujus studium non omnino circa corpus versari, sed quatenus ejus fieri potest, illo abscedere, & ad animi curam conversum esse videtur. Itaque in talibus liquidò apparet, Philosophum præ cæteris mortalibus maximè omnium animum ab corporis consortio separare. Ideoque plærisque hominibus videtur, eum, cui talium rerum nihil jucundum exsistit, nec illis rebus fruitur, non reputandū esse dignum, ut dici possit vivere, sed non procul abesse, quin eo tendat, ut mortuus sit, qui voluptates susque deque habeat, quæ quidem corpori præsidio sunt. Atqui vero ipsi studio, quo pru-

τοῦτο τὸ τεθνάναι χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι. τοῦτο δὲ ἐν ἑνὸς ἔχνους, εἰκότως δὴ οὐκ ἔστι φιλοσόφου ἀνδρὸς ἐσπουδακέναι περὶ τὰς ἡδονὰς καλουμένας τὰς τοιάσδε, οἷον σίτων τε καὶ ποτῶν, οὐδὲ τὰς τῆς ἀφροδισίων, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἄλλας τὰς περὶ τὸ σῶμα θεραπείας ἐνδεεῖς ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος, οἷον ἱματίων διαφερόντων κτήσεις καὶ ὑποδημάτων, καὶ τὰς ἄλλας καλλωπισμὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα ἀτιμᾶ. ἀτιμάζει δὲ καθόσον μὴ πολλὴν ἀνάγκην μετέχειν αὐτό. ὅλως δοκεῖ ἡ τούτου πραγματεία, ἡ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καθόσον δύναται, ἀφεστάναι αὐτόν, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τρέπεσθαι. καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἂν δῆλος εἴη ὁ φιλόσοφος, ἀπολύων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος καινωνίας διαφερόντως τῶν ἄλλων. καὶ δοκεῖ γέ πως διὰ τοῦτο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ἓν μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων μήθ' μετέχει αὐτῶν οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τεθνάναι, ὁ μηδὲν φροντίζων τῶν ἡδονῶν, αἳ διὰ τοῦ σώματός εἰσι. καὶ μὴν περὶ γε αὐτὴν τὴν τῆς φρονήσεως κτῆσιν

κῶσιν ἐμπόδιον τὸ σῶμα, ἐάν τις αὐτὸ ἐπὶ ζητήσῃ κοινωνὸν συμπαραλαμβάνῃ, οἷον τὸ τοιόνδε λέγω. οὐκ ἔχει ἀληθείας ἴχνα ὄψις ἢ καὶ ἀκοὴ τοῖς ἀνθρώποις. τὰ γὰρ τοιαῦτα οἱ ποιηταὶ ἀεὶ ἡμῖν θρυλλοῦσιν, ὅτι οὔτε ἀκούομεν ἀκριβὲς οὐδὲν, οὔτε ὁρῶμεν. καὶ τοι εἰ αὗται περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσὶ, μηδὲ σαφεῖς, σχολὴ ἄν γε ἄλλαι. πᾶσαι γὰρ τῶν ἄλλων φαυλότεραί εἰσιν. ὅταν οὖν ἡ ψυχὴ τῆς ἀληθείας ἀπολυγχάνει, ὅταν μὴ τῷ σώματος ἐπιχειρῇ τι σκοπεῖν, δῆλον γὰρ ὅτι τότε ἐξαπατᾶται ὑπ' αὐτῶν, σὺν λογίζεσθαι, εἴπερ τι ἄλλοθι καὶ ἀδήλον αὐτῇ γίνεσθαι τῶν ὄντων. λογίζεσθαι δέ γε τοῦ πρὸ κάλλιστα, ὅταν αὐτὴν τούτων μηδὲν παραλυπῇ μήτε ἀκοὴ, μήτε ὄψις, μήτε ἀλγηδὼν, μήτε τις ἡδονὴ, ἀλλ' ὅτι μάλιστα αὐτὴν καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι, ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα. καὶ καθόσον δύνηται μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ. μὴ δὲ ἁπτομένη ὀρέγηται τοῦ ὄντος. οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ἡ τῆς φιλοσόφου ψυχὴ, μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα, καὶ φεύγει ἀπ' αὐτοῦ. ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι. μάλιστα δὲ ἔσται τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα θεωρίας. τὸ γὰρ δίκαιον αὐτὸ καὶ καὶ

dentiam sapientiamq; comparamus, corpꝰ impedimẽto est, si quis ejus ministerium consortiũq; in illius investigatione vnà assumserit. veluti exempli loco tale quid dico. Visus & auditus non habent aliquam in hominibus veritatem. Etenim Poetæ nobis quoque talia ferè semper vulgant, nos nec audire quicquã exactè, nec videre. At enim si ipsi corporis sẽsus exacti manifestiq; non sunt, multo quidem minus quoque alii certi exactiq; erunt. Omnes enim hisce deteriores sunt. Itaque si animus frustratus spe potiundæ veritatis, quandò vnà cum corpore conatus fuerit aliquid considerare, omninò manifestum est tum ab eo animũ decipi. Omninò in collectione, si quidẽ alibi, ipsi animo manifestum redditur, aliquid eorum, quæ sunt. Cum ratione autem tunc optimè colligit, quum horum illum nullo modo nec auditus nec visus, nec dolor, nec vlla voluptas tristitia afficiat turbetq;, sed ipsa quam maximè per se exsistat, corpus valere jubet, nec cum illo, quatenus potest, vllam communionem habet, neq; attingens id quod verè est, expetit. Itaq; & hic Philosophi animus in primis negligit, & non ita magni facit corpus, & eo refugit. At quærit ipse ab corpore esse sepatatus. Hoc autem maximè conspicuum erit ab formarum contẽplatione. Ipsum enim justum & pulchrum

chrum, itemque honestum, atque omnia, quibus ceu sigillis cõfirmamus id, quod est, nunquam quisquam oculis vidit, neq; alio aliquo corporis sensu illa attigit. Verùm quicunque nostrum maximè exactissimeque præparatus fuerit, unumquodque illorum cum animo expendere, quo de scopus est & propositum, hic proximè ad cognitionem vniuscujusq; accesserit. Ille igitur omnium purissimè hoc fecerit, quicumque ipsa mentis cogitatione quodque accedat, neq; visum admovens, quũ aliquid cum animo ruminamus, neque ullum alium sensum cum ipsa ratione attrahens: sed ipsa utens animi cogitatione per se genuina & sincera ipsum vnumquodq;, quod per se sincerum exsistit, venari & assequi conatur, quàm maximè tum ab oculis, quos quis habet, & ab auribus, & ab universo, ut semel paucis dicam, corpore liber factus, quasi turbante, & non sinẽte, ut animus tum veritatem, tum etiam prudentiam sibi paret, cùm fuerit in communionẽ receptus. Hic enim est, si quisquã alius, qui id, quod verè est, consequetur. Ex his omnibus igitur necessarium est, talem aliquam opinionem veris & germanis Philosophis constare oportere, ut & sibi mutuò talia ferè loquantur, planè videtur necessarioq; sequitur tanquam viam esse, quæ nos vnà cum ratione in con-

λὸν ⸗ ἀγαθὸν, καὶ πάντα, οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τὸ ὂν ἐστιν, ὃ δὲ πώποτέ τις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδεν, οὐδὲ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐφήψατο αὐτῆς. ἀλλ' ὃς ἂν μάλιστα ἡμῶν καὶ ἀκριβέστατα παρασκευάζηται αὐτὸ ἕκαστον διανοηθῆναι, περὶ οὗ ὁ σκοπὸς ὅτῳ ἂν ἐγγυτάτω ἴοι τοῦ γνῶναι ἕκαστον, ἐὰν ὃν ἐκεῖνος ἂν ἕτοιμος ποιήσῃ καθαρώτατα, ὅστις ὅτι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τῇ ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι, μήτε ἄλλῃ αἰσθήσιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτὴ καθ' αὐτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ καθ' αὐτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροίη θηρεύειν τῶν ὄντων ἀπαλλαγὲς ὅτι μάλιστα ὀφθαλμῶν τε ⸗ ὤτων, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ξύμπαντος τοῦ σώματος, ὡς παράφορον καὶ οὐκ ἐῶντος τὴν ψυχὴν κτήσασθαι ἀλήθειάν τε καὶ φρόνησιν, ὅταν κοινωνῇ. οὗτος γάρ ἐστιν, εἴπερ τις ἄλλος, ὁ τυγχάνων τοῦ ὄντος. ἀνάγκη δὴ οὖν ἐκ πάντων τούτων παρίστασθαι δόξαν τοιαν δέ τινα τοῖς γνησίοις φιλοσόφοις, ὡστε καὶ πρὸς ἀλλήλους τοιαῦτα λέγειν, ὅτι κινδυνεύει τι, ὥσπερ ἄσπορος ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει, ὅτι

ὅτι ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν, καὶ ξυμπεφυρμένην ἡμῖν ἡ ψυχὴ μετὰ τοιούτου κακοῦ, οὐ μήποτε κτήσωμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν. φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθὲς. μυρίας μὲν γὰρ ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα διὰ τὰς ἀναγκαίας τροφάς. ἔτι δὲ ἄν τινες νόσοι προσπίπτωσιν, ἐμποδίζουσιν ἡμῖν τὴν τοῦ ὄντος θέαν. ἐρώτων τε καὶ ἐπιθυμιῶν, καὶ φόβων, καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν, καὶ φλυαρίας ἐμπίπλασιν ἡμᾶς. ὥστε τὸ λεγόμενον ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι, ὑπ' αὐτῶν οὐδὲ φρονῆσαι ἡμῖν ἐγγίγνεται οὐδέποτε οὐδέν. καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις, καὶ μάχας, οὐδὲν ἄλλο παρέχει, ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν περὶ χρημάτων κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται. τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα, δουλεύοντες τούτῳ θεραπείᾳ, καὶ ἐκ τούτου ἀσχολίαν ἄγομεν φιλοσοφίας περὶ διὰ πάντα ταῦτα. τὸ δὲ ἔσχατον πάντων, ὅτι ἐάν τι ἡμῖν καὶ σχολὴ γένηται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τραπώμεθα πρὸς τὸ σκοπεῖν τι, ἐν ταῖς ζητήσεσιν αὖ ταραχοῦ πανταπάσιν θορύβου παρέχει καὶ ταραχὴν, καὶ ἐκπλήττει, ὥστε μὴ δύνασθαι ὑπ' αὐτοῦ κατοπτεῦσαι τ' ἀληθὲς, ἀλλὰ πρόσοντι ἡμῖν δέ-

sideratione eo deducat, ut quoad corpus, habeamus, & animus noster cum tanto malo commistus sit, nos nequaquā satis superque, quod expetimus, consecuturos. Hoc autem verum esse dicimus. Corpus enim propter necessaria alimenta nobis infinita obstacula & negotia exhibet. Adhæc verò si morbi aliqui nos adoriantur, illi nostram rei, quæ est, indaginem impediunt. quippe complet nos simul amoribus & cupiditatibus, timoribus & rerum simulachris multifariis, multisq; nugis in nobis stultè ebullientibus, ut id, quod dicitur, quàm verè sanè dicatur, per illud fieri, ut omninò nihil sapientiæ nobis contingat. Nihil enim aliud bella, dissensiones & pugnas præbet, quàm corpus, & hujus cupiditates. Siquidem bella omnia in hoc exsistunt, ut, quæ utilia sunt, parentur. utilia autem pecuniasque corporis gratia acquirere cogimur, hujus ministerio famulantes, atq; hinc propter hęc omnia sapientiæ studio, ne in ea proficiamus, impedimēta obiiciuntur. Quod verò postremum omnium est, ut si quid nobis etiam otii ab illo exsistat, & convertamur ad aliquid contemplādum, in ipsis rursum disquisitionibus ubique nos adoriens tumultum exhibet & turbam, atque ita animum percellit, ut præillo non possit, quod verùm est, prospicere: sed revera à nobis

ostensum est, ut si unquã quicquam germanè pureq; sciturí simus, corpori valedicendum, eoq; excedendum est, atque ipso animo res ipsæ inspiciendæ & considerandæ. Et tum, ut videtur, nobis quod expetimus simul, cujusq; nos dicimus amatores esse, prudentia obveniet, sed quum mortui erimus, ut ratio indicat, viventibus autem nullo modo obtinget. Nam si fieri non potest, ut unà cum corpore quicquam purè cognoscamus, ex duobus alterutrum evenire necesse est, vel nullo pacto sciẽtiam comparare possumus, vel eam jam mortui cõparabimus. Tum enim ipse animus per se erit ab corpore segregatus, non aũt prius. Et in quo revera vivimus, ut apparet, proximi erimus sciẽtiæ & cognitioni, si minimũ omniũ cum corpore cõmerciũ, neq; etiã quicquam cũ illo cõmune habuerimus, nisi cũ extrema necessitas vrgeat, neq; hujus natura & ingenio repleamur, sed ab eo repurgemur, donec Deus ipse nos dissolverit. Atq; ita puri ab amẽtia corporis liberati, vti par est, cũ talibus & erimus, & cognoscemus proprio nostro Marte quicquid sincerũ est & integrum. Hoc aũt forsan est, quod verum est. Impuro.n.rem purã attingere nullo modo fas fuerit. Purgatio autem in eo consistit, quod jam pridem in hac eadem oratione dicitur, separare quàm maximè animum ab

δείκται, ὅτι εἰ μέλλομεν ὡσὲ καθαρῶς τι εἰσεσθαι, ἀπαλλακτέον αὐτῶ, καὶ αὐτῆ τῆ ψυχῆ θατέον αὐτῶ τὰ πράγματα. καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται, οὗ ἐπιθυμοῦμεν τὸ καὶ φαμὲν ἐρᾶσταὶ ἔγ), φρόνησις. ἐπειδὰν τελευτήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι δὲ οὐ. εἰ γὰρ μὴ οἷόν τε μετὰ τοῦ σώματος μηδὲν καθαρῶς γνῶναι, δυοῖν τὰ ἕτερα, ἢ οὐδαμοῦ ἔστι κτήσασθαι οὐδὲ εἰδέναι, ἢ τελευτήσασι. τότε γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἔσται ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, πρότερον δὲ οὔ. καὶ ἐν ᾧ ἂν ζῶμεν ὅτιοῦν, ὡς ἔοικεν, ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, ἐὰν ὅτι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι, μηδὲ κοινωνῶμεν, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλάμεθα τῆς τούτου φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτοῦ ἕως ἂν ὁ Θεὸς αὐτὸς λύσῃ ἡμᾶς. καὶ οὕτω μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι δὲ τοῦ σώματος ἀφρονύμης, ὡς τὸ εἰκός, μετὰ τοιούτων ἐσόμεθα καὶ γνησόμεθα δι' ἡμῶν αὐτῶν πᾶν τὸ εἰλικρινές. τοῦτο δέ ἐστιν ἴσως τὸ ἀληθές. μὴ καθαρὸν γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι, μὴ οὐ θεμιτόν. ἡ κάθαρσις δὲ τούτῳ συμβαίνει, ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται, τῷ χωρίζειν ὅτι καθ' αὑτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν

ψυχὴν

ψυχὴν, ἐξ ἐθίσαι αὐτὴν καθ' αὑτὴν [παραχώρειν ἐκ τοῦ σώματος συναγείρεσθαί τε καὶ ἀθροίζεσθαι, καὶ οἰκεῖν καθ' ὅσον δυνατόν. ἐν τῷ νῦν παρόντι, καὶ ἐν τῷ ἔπειτα μόνην καθ' αὑτὴν] ἐκλυομένην, ὥσπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος. τοῦτο δὲ θάνατος ὀνομάζεται, λύσις δὲ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. λύειν δὲ γε αὐτὴν, ὡς φαμὲν προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιστα καὶ μόνοι οἱ φιλοσοφοῦντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτο ἐστὶ τῇ φιλοσόφων λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. ὥστε τὸ μέγιστον ἡμῖν ἀγαθὸν ἡ φιλοσοφία παρέχουσα, τὴν ἀπαλλαγὴν, τῇ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι δεσμῷ, πῶς ἂν τις δικαίως ἂν εἴη διαφθόρως; ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία τοῖς οὕτω διακειμένοις μάλιστα προσήκει. καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπιλοιδᾶσθαι, ἀλλ' ὁλιγαρκῶς ἔχειν καὶ κοσμίως, τούτοις μέτριοι προσήκει, τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν. εἰ γὰρ ἐθέλοις ἐπινοῆσαι τὴν γε τῶν ἄλλων ἀνδρίαν τε καὶ σω-

corpore, eumque consuefacere, ut per se sit ab corpore remotus, undique conquirat colligere aliquid & acervare extra corpus, & pro ratione viriū habitare, nimirum nunc præsenti & futuro tempore, ut ipse solus per se ex corpore, tanquam ex vinculis solutus sit. Hoc aūt mors nominatur, solutio scilicet & separatio animi à corpore. Iam verò ipsum solvere, ut dicimus, semper maximè ac soli præ aliis contendunt, qui rectè sapientiæ studio incumbunt. Estq; hæc ipsa philosophorum meditatio, ipsa solutio ac separatio animi à corpore. Itaq; cùm philosophia maximum nobis bonum præbeat, liberationem scilicet eorum vinculorum, quæ in animo atq; ortu cujusque nostrûm exsistunt, maximè & ante omnia illi studendum erit, eáque non mediocri sanè studio paranda. At qui illa virtus, quæ fortitudo nominatur; talibus, qui ita affecti sunt, ante omnia convenit. Temperantia autem, quam plerique etiam nominant animi moderationem ac temperantiam, qua cupiditatibus non frangimur, vel torpidi reddimur, ut iis capiamur, sed ut eas contemnamus, nósque moderatè geramus, illis solis convenit, qui maximè corpus contemnunt, simúl & in sapiētiæ studio vitā transigūt. Quod si enim voles cum animo revolvere, tàm aliorum fortitudinem, quàm tē-

perantiam, tibi absurda esse videbitur. Etenim non te fugit, mortem ab aliis omnibus existimari esse ex omnium maximis malis. Itaque metu plurium malorum sustinent, qui ex illis fortes sunt, mortem, quandocunq; sustinent. Pertimescendo igitur ac metu omnes fortes sunt, præter philosophos. Atqui præter rationem & absurdum est aliquem metu ac timiditate fortem esse. Quid autem qui ex illis moderati sūt, nonne idem planè illis usu venit, ut quadam intemperantia temperantes exsistant? Atqui hoc fieri nullo modo posse dicimus. Verùm nihilo secius illis contingit affectio quædam illi similis, circa hanc stultam & amentem temperantiam. Nam extimescentes ne aliis voluptatibus priventur, illásq; expetentes ab aliis abstinent, ab nonnullis victi. Atqui intemperantiam vocant, ab voluptatibus ita gubernari, ut illis pareas. Cæterùm accidit illis ab voluptatibus victis, ut in cæteris voluptatibus vincendis superiores obtineant. Hoc verò simile est, quod nunc dicebatur, illos aliquo modo per intemperantiam animi affectos esse temperationem ac modestiam. Nequaquam igitur hæc recta est ad virtutem mutatio, voluptates voluptatibus, & dolores doloribus, ac metum metu commutari, & majora minoribus instar nummorum. Sed vel ille

φροσύνλαν, δόξει σοι ἔξ) ἄτοπος. οἶσθα γὰρ δήπου, ὅτι τὸν θάνατον ἡγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν ἔξ). οὐκ οὖν φόβῳ μείζονι ὑπομένουσιν ἀνθ' ὧν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσι. πρὸς δὲ δεδίναι ἆρα καὶ δειλοί εἰσι πάντες, πλὴν οἱ φιλόσοφοι. καὶ τοὶ ἀλογόν τι δεῖ τινὰ καὶ δειλίαν ἀνδρεῖον εἶναι. τί δὲ οἱ κόσμιοι αὖ τ, ὡ]αὐτὸν τοῦτο πεπονθασιν ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονες εἶναι, καί τοι φαμὲν [γέ που] ἀδύνατον εἶναι. ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τοιοῦτῳ ὅμοιον [εἶναι] πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν ἀνόητον σωφροσύνην. φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερηθῆναι, καὶ ἐπιθυμοῦντες ἐκείνων, ἄλλων ἀπέχονται ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι. καί τοι καλοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἄρχεσθαι, ἀλλ' ὁμῶς συμβαίνει αὐτοῖς κρατουμένοις ὑφ' ἡδονῶν κρατεῖν τῶν ἄλλων ἡδονῶν. τοῦτο δ' ὅμοιον ἐστὶν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγε, βέλτιον τινὰ δι' ἀκολασίαν αὐτοὺς σεσωφρονίσθαι. οὐ τοίνυν αὕτη ἐστὶν ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγὴ, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς, καὶ λύπας πρὸς λύπας, καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μεῖζον πρὸς ἔλαττον, ὥσπερ νομίσματα. ἀλλ' ἡ σωφο μόνον

τὸ

τὸ νόμισμα ὀρθὸν, ἀντὶ δὲ τοῦ πάσης ἀνδρείας καὶ ἀλλαττόμενος, φρόνησις. καὶ τούτου μὲν πάντα, καὶ μετὰ τούτου συνόντα καὶ συμπραττόμενα τῇ ὄντι, ἢ καὶ ἀνδρία καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ μετὰ φρονήσεως [καὶ προσγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ φόβων, καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων. χαριζόμενα δὲ φρονήσεως] καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων, σκιαγραφία τίς ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τοῦ ὄντι ἀνδραποδώδης τις, οὐδὲν ὑγιές, οὐδὲ ἀληθὲς ἔχει. τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦ ὄντι ἐστὶ κάθαρσις τις τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρία, καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ; καὶ κινδυνεύουσι, καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν ἔτοι καλὰς ἡσαι θέσεις, ἐφαύλοις εἶναι. ἀλλὰ τοῦ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος ἢ ἀτέλεστος εἰς ἅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. εἰσὶ γὰρ δὴ φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετὰς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ, βάκχοι δέ γε παῦροι. οὗτοι δ' εἰσὶν, κατ' ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἄλλοι, ἢ οἱ φιλοσοφήσαντες [ὀρθῶς]. εἰ τοίνυν καὶ ἀρετὴν τελείαν, καὶ κάθαρ-

nummus solùm rectus exsistit, ob quē omnia hæc commutari oporteat, nēpe sapientia & prudentia. Et hoc ipso quidem nummo omnia, et cum hoc tum empta tum vendita, revera fuerit & fortitudo & temperantia & justitia, utque semel omnia dicam, cum vera prudentia virtus. Et præsentibus absentibusque voluptatibus, timoribus, cæterisque omnibus id genus. Segregata verò ab animi sapientia, & altera pro alteris commutata, talis nimirum virtus est adumbratio quædam, & re ipsa cùm servilis, tum etiā nihil habet nec sani nec veri. Quod aūt reipsa verum est, talium omnium est purgatio quædam, & temperantia, justitiaque, & fortitudo, ipsaque sapientia anne est purgatio quædam? Et quid constituerunt hæc nobis sacra hasque cerimonias, non videntur esse mali. Sed verè iampridem subindicare & latenter innuere, eum, qui non initiatus & sacris non repurgatus ad inferos pervenerit, in cœno cubiturum. Qui autem repurgatus & sacris initiatus fuerit, cùm illuc accesserit, eum cum diis habitaturum. Nam, ut ajunt, quoad sacrificia peragenda,

Multi Thyrsigeri sunt, pauci at cæteroBacchi.

Hi verò, quod quidem sententia, haud sunt alii, quàm qui probè sunt philosophati. Quod si igitur & perfectam

virtutem & animi purgationem ſola Philoſophia præbere ſolet, eam ſolam apprehendendam retinendamq; eſſe æquum eſt. Nam in deorum contubernium alii, qui philoſophatus non ſit, quiq́ue omninò purus non abierit, non eſt fas pervenire, quàm diſcendi cupido. Verùm horum cauſſa, qui ritè ſapientiæ ſtudioſi ſunt, ab omnibus corporis cupiditatibus abſtinent, ac tẽperantes ſunt, nec ſe iis tradunt, neque etiam metuentes rei familiaris detrimentũ & paupertatem, quemadmodum pleriq; avari et pecuniarum ſtudioſi, neq; rurſum ignominiam & nominis obſcuritatem ignobilem formidantes, quemadmodum illi, qui magiſtratum expetunt ſimulq́; honores, deinde iis abſtinent. Itaque hiſce quidem omnibus illi, quibus de animo ſuo aliqua modo cura eſt, neque corpora fingentes vivunt, valedicentes non eadem via ingrediuntur cum illis, tanquam qui ignorent, quanam eant. Ipſi autem ducentes non oportere, quæ contraria ſunt Philoſophiæ, ejuſq́ue ſolutioni ac purgationi facere, hac via pergunt, illam ſequentes, quacumque ea deducit & præit. Norunt enim diſcendi cupidi, Philoſophiã aſſumpto ipſorum animo planè in corpore vincto, agglutinato coactoq́; per corpus, veluti per vinculum res ipſas conſiderare. Verùm non ipſum animum

σιν τῆς ψυχῆς φιλοσοφία μόνη παρέχειν πέφυκε, μόνης αὐτῆς ἀντιλαμβάνεσθαι ἄξιον. Εἰς γὰρ θεῶν γάμος μὴ φιλοσοφήσαντι, καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ φιλομαθεῖ. ἀλλὰ τούτων ἕνεκα οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι ἀπέχονται τῆς τε τοῦ σώματος ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν, καὶ κατεργοῦσι καὶ οὐ παραδιδόασιν αὑταῖς εἰς αὐτοὺς οὐχὶ οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι, ὥσπερ οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι, οὐδὲ αὖ ἀτιμίαν τε καὶ ἀδοξίαν μοχθηρίας ἰδιώτης, ὥσπερ οἱ φιλαρχίαι καὶ οἱ φιλοτιμοκράτειαι ἀπέχονται ἀνθ' ὧν, τοι γάρ τοι τούτοις μὲν ἅπασιν ἐκεῖνοι, οἷς τι μέλει τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι χαίρειν εἰπόντες, οὐ κατὰ ταὐτὰ παρεύονται αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπη ἔρχονται. αὐτοὶ δ' ἐπιχειροῦντες οὐ δεῖν ἐναντία τῇ φιλοσοφίᾳ πράττειν τῇ ἐκείνης λύσει καὶ καθάρσει, ταύτῃ ἕπονται, ἐκείνῃ ἑπόμενοι ἢ ἐκείνην ὑφηγεῖσθαι. γινώσκουσι γὰρ οἱ φιλομαθεῖς, ὅτι παραλαβοῦσα αὐτὸ ἡ ψυχὴν ἡ φιλοσοφία αἰσχρῶς διακειμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ, ὥσπερ δι' εἱρμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα, ἀλλὰ

ἀλλὰ τῶν αὐτὴν δι' αὐτῆς, ἐν αὐτῇ ἀμαθίᾳ κυλινδουμένῳ, καὶ τοῦ εἱργμοῦ τὴν δεινότητα καθορῶσα, ὅτι δι' ἐπιθυμίας ἕξιν, ὡς ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλλήπτωρ εἴη τῷ δεδεκότι. ὅπερ οὖν λέγω, μηχανήσονται οἱ φιλομαθεῖς, ὅτι οὕτω παραλαβοῦσα ἡ φιλοσοφία ἔχουσαν αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἡρέμα παραιωθεῖται καὶ λύειν ὅσον χωρεῖ ἐπιδεικνύσῃ, ὅτι ἀπάτης [μὲν] μετὰ ἡ δι' ἐκ τῶν ὀμμάτων σκέψις ἀπάτης δὲ ἡ ἐξ ὧν ὄντων καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. πειθουσα δὲ ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν, ὅσον μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι, αὐτὴν δὲ εἰς αὐτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι παρακελευομένη. σκοπεῖν δὲ μηδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἢ [αὐτὴν] αὐτῇ, ὅτι ἂν νοήσῃ αὐτῇ καθ' αὑτὴν, αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῶν ὄντων. ὅτι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ ἐν ἄλλοις ὄν, ἄλλο μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀληθές. ἔστι δὲ τὸ μὲν τοιοῦτον αἰσθητόν τε καὶ ὁρατὸν, ὃ δὲ αὐτῇ ὁρᾷ, νοητόν τε καὶ ἀειδές. ταύτῃ οὖν τῇ λύσει ἐκ οἰομένη δεῖν ἐναντιοῦσθαι ἡ τοῦ ἀληθοῦς φιλοσόφου ψυχὴ, οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν [καὶ φόβων] καθ' ὅσον δύναται, λογιζομένη, ὅτι ἐπειδάν τις σφόδρα

per ſe, atq; in omni imperitia volutatam, & vinculi gravitatem intuitum, quia per cupiditatem eſt, ut ipſe animus quàm maximè vinctus, ad ligandum auxiliarius ſit. Quod igitur dico, diſcendi cupidi norunt, philoſophiam animum ipſorum ita affectum ubi aſſumſerit, ſenſim conſolari & ſolvere conari, ut quæ oſtendat conſiderationem oculorum plenam eſſe impoſturæ. Itemq; eam, quæ per res quæ ſunt, reliquóſque ſenſus exercetur, ſimiliter fallacem eſſe. Suadentem autem ab hiſce quidem recedere, quatenus illis uti neceſſe non eſt: præcipientemque, ut ipſe in ſeipſum colligatur coacerveturque. Iam autem nulli alii philoſophia fidem adhibere ſuadet, quàm ſibi ipſi, quandoquidem ipſa per ſe intellectura eſt illud ipſum ſimpliciter ex illis, quæ in rebus exiſtunt. Quodcumque verò per alia, interea dum in aliis eſt, conſideret, nihil aliud cenſere eſſe verum. Sed quod ſenſu viſuque percipitur, tale eſſe. At quod per ipſam videt, & intelligentia comprehenditur, & ſubjectum viſui non eſt. Huic igitur ſolutioni animus ejus, qui verè philoſophus eſt, exiſtimans ſe non oportere contrarium opponere: ita ab voluptatibus & cupiditatibus, ab doloribus & timoribus abſtinet, quantum quidem poteſt, colligens cum ratione & judicio, ut quum quis vehementer

menter fuerit gavisus, vel dolore metúve affectus, vel expetierit, nullum tantum perpessus est malum ab his, quantum quis existimaverit, ut si exempli gratia, vel morbo laboraverit, vel sumptu set impēdia fecerit per cupiditates: sed quod malorum omnium maximum & extremum est; hoc perpetitur, nec illud animadvertit, cujusvis hominis animum cogi simul, & gaudio vehementer efferri, vel dolore affici turbatíque: itidemque existimare, quatenus hoc maximè perpetiatur, hoc tum manifestissimum, tum verissimum esse, cum nullo modo ita se res habeat. Hæc autem maximè talia sunt, quæ sub aspectum cadunt. In hac ipsa igitur perpessione & casu, animus in primis ab corpore vincitur. Quia vnaquæque voluptas ac dolor, quasi clavum habens affigit ipsum animum ceu clavo quopiam corpori, fibulaq; annectit, facitque corpoream corporisque adeò similem, ut illi videatur hæc vera esse, quæcumque corpus etiam dictaverit. Ex eo en. quodsimul cum corpore opinatur, iisdemq; gaudeat, cogitur, ut arbitror, animus eorundem cum corpore morum fieri, & eodem pasci alimento, ita ut Plutonem etiam purè adire nequeat: sed semper corpore plenus exeat, ut citò rursum in aliud corpus incidat, & quasi satus innascatur, & ex hisce expers sit

ἡδῇ, ἢ λυπηθῇ, ἢ φοβηθῇ, ἢ ἐπιθυμήσῃ, οὐδὲν τοσοῦτον κακὸν ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν, ὡς ἄν τις ῥᾳθυμήσῃ, οἷον ἢ νοσήσας, ἢ τι ἀναλώσας δι' τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλ' ὃ πάντων μέγιστόν τε κακὸν καὶ ἔσχατόν ὄστι, τοῦτο πάσχει καὶ συλλογίζεται αὐτὸ, ὅτι δὴ ψυχὴ πάντως ἀνθρώπου ἀναγκάζεται ἅμα τι ἡδῆναι σφόδρα ἢ λυπηθῆναι διὰ τούτῳ καὶ ἡγεῖσθαι περὶ ὃ ἂν μάλιστα τοῦτο πάσχῃ, τοῦτο ἐναργέστατόν τε εἶναι καὶ ἀληθέστατον, οὐχ οὕτως ἔχει. ταῦτα δὲ μάλιστα ὁρατά. οὐκοῦν ἐν τούτῳ τῷ παθεῖ μάλιστα καθαδεῖται [ἡ] ψυχὴ ὑπὸ σώματος. [ὅτι] ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσπλοΐ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα, καὶ προσπερονᾷ, καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ δοξάζουσαν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ. ὅταν γὰρ τῇ ὁμοδοξίᾳ τῷ σώματι, καὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν, ἀναγκάζεται οἶμαι ὁμόξυπος εἶναι καὶ ὁμόξυφος γίγνεσθαι, καὶ οἷα μηδέποτε εἰς ᾅδου καθαρῶς ἀφικνεῖσθαι. ἀλλ' ἀεὶ ἀτέλεια ἐξ σώματος ἔρχεται, ὥστε ταχὺ πάλιν πίπτειν εἰς ἄλλο σῶμα. καὶ ὥσπερ σπειρόμενη μὴ ἐμφύεσθαι, καὶ ὧν τούτων ἄμοιρος εἶναι τῆς τῦ

τῆ θείου τε καὶ καθαροῦ καὶ μοναδοειδοῦς συνουσίας. τούτων ἕνεκα οἱ δικαίως φιλομαθεῖς πόσμιοί εἰσι καὶ ἀνδρεῖοι. οὐ χ᾽ ὧν εἰ πολλοὶ ἕνεκα φασίν. ἀλλ᾽ οὕτως λογίσαιτ᾽ ἂν ψυχὴ ἀνδρὸς φιλοσόφου. καὶ οὐκ ἂν οἰηθείη τὴν μὲν φιλοσοφίαν χρῆναι ἑαυτὴν λύειν. λυούσης δὲ ἑαυτῆς ἑαυτὴν παραδιδόναι ταῖς ἡδοναῖς καὶ λύπαις, ἑαυτὴν πάλιν αὖ ἐναπαδεῖν, καὶ σκυτάλου δίκην παρεῖναι. Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἐπὶ ῥαπτομένης; ἀλλὰ γαλήνην τούτων παρασκευάζουσα, ὑπομένει τὸν λογισμὸν καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ θεῖον, καὶ τὸ δοξαστὸν θεωμένη, καὶ ὑπ᾽ ἐκείνου ζωφορουμένη ζῆν τε οἴεται, οὕτω δεινὸς ἂν ζῆν. καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ εἰς τὸ ξυγγενὲς, καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον ἀφικομένη ἀπαλλαγήσεται τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἐφόδου φαίνεται ἡμῖν φιλοσοφία ἀπαλλαγὴν τ᾽ ἀνθρωπίνων δεσμῶν παρέχουσα, καὶ λύσιν δ᾽ ἡδίστου, καὶ τερετισμὸν εἰς τὸ ὄν, καὶ ἴνωσιν τοῦ ὄντος ἀληθείας, καὶ κάθαρσιν ταῖς ψυχαῖς. εἰ δεῖ τι μᾶλλον δεῖν ἡδονῆς εἶναι μονίαν περὶ αὐτὴν, ὥσπερ ὄντων βουλόμεθα μανθάνειν ἡμᾶς. ἀλλὰ μὴν καὶ τό δ᾽ ἐξαπατᾶν ἄξιον,

cùm divinæ illius & puræ, tum uniformis commercii & conjunctionis. Horum igitur causſa qui juſtè tenentur diſcendi amore, temperantes ſimul & fortes ſunt, non autem illarum rerum amore tenentur, quarum illos teneri plerique perhibent. Verùm ita ratiocinaretur philoſophi hominis animus, neque arbitraretur philoſophiam ſeipſa ſolvere oportere. Ipſáq; ſoluta eã tradere oportere voluptatibus, ac doloribus ſe rurſus obvincire, atq; opus inefficax & irritum facere, Penelopes quandã telam contrario modo manu tractans: ſed horũ tranquillitatẽ curans ipſũ rationis ductũ ſequens, ſemperq; in hoc exſiſtens hocq; operam dans, ut quod verũ eſt & divinũ maximeq; ab opinione remotum cõtempletur, ab quo alta putat ſe ita & vivere oportere, quandiu vivat. Et vbi mortẽ obierit, ſe, vbi venerit in cognatum & talem locum ac contubernium, liberatum iri humanis malis. Ex tali autem acceſſione ſeu argumentis philoſophia nobis præbere videtur ab vinculis humanis liberationem, & nativitatis ſolutionem, itemq; circumductionem ad id, quod eſt, & cognitionem veræ germanæque veritatis, animarumque purgationem. Quod ſi autem in hoc maximè ſita eſt vera felicitas, ei ſtudẽdum eſt, ſi quidem verè beati eſſe volumus. Quinetiam hoc quoque dia-

num est, ut expendatur, nimirum si animus immortalis est, cum curam aliquam requirere, non hujus modò temporis, in quo vivere dicimus, verùm etiam universi gratia. Et periculũ in præsentia etiam videretur gravissimum esse, si quis eum ejusque curam neglexerit. Etenim si mors talis foret, ut hominem ab omnibus liberaret, lucri vice malis hominibus reputandum foret mori, nimirum & à corpore simul, & cum animo ab ipsorum pravitate liberari. Nunc aurem posteaquã anima immortalis esse videtur, nullũ omninò aliud malorum ei fuerit effugium nec salus, quàm ut evadat simul quàm optima ac prudentissima. Anima enim nihil aliud habens, quàm institutionem educationemque, inferos adit. Quæ ipsa etiam plurimùm dicitur prodesse, vel lædere cum, qui mortem obierit statim in initio profectionis illuc institutæ. Præstantior quippe anima cum diis habitat, & circum circa cœlum profectionem suscipit, melioremque finem assequitur. Quæ autem injusta opera contigit, impioque opere atq; impietate oppleta fuit, ubi ad loca judicii subterranea venerit, æquam justamq; poenam consequitur. Quorum caussa omnia facienda sunt, ut intereà, dum vivimus, virtutis prudentiæque participes simus. Præmium etiam pulchrũ est, & spes magna. Quo-

ὅτι εἴπερ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος [ἐστιν], ἐπιμελείας [δὴ] δεῖται. οὐχ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τούτου [μόνου], ἐν ᾧ καλοῦμεν τὸ ζῆν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ παντός. καὶ κίνδυνος νῦν δὴ δόξειεν ἂν [μάλιστα] δεινὸς εἶναι, εἴ τις αὐτῆς ἀμελήσειεν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι, καὶ τῆς αὐτῶν κακίας καὶ τῆς ψυχῆς. νῦν δὲ ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται οὖσα, οὐδεμίαν ἂν ἔτι αὐτῇ ἄλλην ἀποφυγὴν κακῶν, οὐδὲ σωτηρίαν πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ ἔρχεται, πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ σοφίας. ἃ δὴ καὶ λέγεται μέγιστα ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας. ἡ μὲν γὰρ ἀμείνων ψυχὴ μετὰ θεῶν οἰκεῖ, καὶ συμπορεύεται καὶ οὐρανοῦ βελτίονος καὶ λήξεως τυγχάνει. ἡ δὲ ἀδίκων ἔργων ἁψαμένη καὶ ἀνοσιουργίας πλησθεῖσα, καὶ ἀσεβείας εἰς τὰ ὑπὸ γῆν δικαιωτήρια ἐλθοῦσα, δίκας τε προσπαύουσα μεγάλας τίνει. ὧν δὴ ἕνεκα χρὴ πᾶν σπουδὴν ποιεῖσθαι, ὅπως ἀρετῆς καὶ φρονήσεως ἐν τῷ βίῳ μεταλήψεσθε. καλὸν γὰρ τὸ ἆθλον, καὶ ἐλπὶς

πὶς

pag. 16. v. 1. ἐόντειον legeb. in manusc. & fortè ut communius hoc recipiendum illud ut Aeolicum ἐόντερον repudiandum, nisi referantur alius scriptoris verba. Et ἀπτιζομβόοις mihi γήϊνοις non videtur, si legam τοπαζομβόοις vel ἀπαλιζομβόοις, equidem quid promovero, non video.

v. 7. φύσεως γόνος fortè leg.

v. 9. καὶ διαφέρει τὰ ὄντα scribe. vel τῷ φρόνησιν καὶ διαφερέτω.

v. 14. φρόνησιν sine κῦ fortè leg. Locus me nõ parum torsit, idcóque verti quod potui retinẽdo vulgarem & scriptam lectionem.

v. 20. συσίματος σύσημα legebatur, verùm alterum ut supervacaneum & inutile ejeci.

pag. 18. v. 29. ἀφωρισμένον legend. judico.

v. 17. μᾶλλον ἢ καὶ ἂν κενόθεντα, meo judicio, si mendo vacant, perobscura sunt, fortè ἀνυποθέτα leg.

pag. 20. v. 8. pro ὑπακόειν putavi aliquando ὑγιακόειν scribendum, nunc autem potiùs εὐφυΐαν statuo leg.

v. 17. Illam præclaram sententiam Archytæ tractat etiam Plato τόμ. δ. & citat Clemens Alexand. στρωμ. β. Simulque Theodoretus λόγ. 5. p. 85. ἀλλὰ, καὶ.

pag. 22. v. 10. τὰ ἡγεμόντα παρορμ. legendum suspicor.

v. 19. μὴ ἀναπόλωθον, omninò legendum puto, & in versione nihil inconsequens scrib. illa enim docent, quæ consequuntur, maximè.

pag. 23. v. 4. ὡς legen. vel, ἐὰν ἢ.

pag. 24. v. 15. πλέονα πράξει simplicitèr legebatur. Ego κρείττω quod videbatur desiderari, addidi de meo, ut omninò necessarium.

pag. 26. v. 2. Διήγησις hæc postea cap. 7. p. 44. v. 10. iterum tractatur ab Iamblicho.

v. 15. ταύτῃ δὲ ἴσῃ παρεκλησία τοιαύτη διαίρεσις, lege atque interpung. atque ita in versione restitue, huic verò simili talis divisio est.

v. 21. vide an potiùs προηγουμένως, pro προηγουμένῳ leg. sit.

pag. 27. v. 25. ὁ μὲν οὖν τὰ δὲ σώματος. Illa omnia cum sequentibus usque ad v. 5. pag. sequ.

desumta sunt ex priore Alcibiade Platonis pag. 225. edit. Basilie. haud tamen ad verbum neque ordine Platonico.

v. 27. αὐτ ἴγνωστ legitur apud Platonem.

Pag. 28. v. 16. Et hæc ex Platon. dialogo περὶ πλέ desumpta sunt, ubi habentur in principio statim Dialogi. Quanquam Iamblichus & hic non planè secutus est verborum, quæ sunt apud Platonem, ordinem. In versione ferè secutus sū Ficinum.

v. 20. pro πάντων ἐν πᾶσι, Plato habet conjunctim παντάπασι.

Pag. 29. v. 7. βελτίω δυνατὸ leg. apud Platonē. & mox φυγεῖν μᾶλ τὸ κακὸν, idem Plato, cujus verba finiūt v. undecimo ubi σύμφ collocāda.

v. 16. τρία τριχῆ. Illa quoque omnia usque ad pag. 31. v. 14. Iamblichus ex fine Timæi Platonis sumpsit. pro ψυχῶν, Plato habet ψυχῆς.

v. 22. καὶ τ ἀνὺ κινήσεων legit Plato. & v. 27. πρὸς ἄλληλα συμμέτρως, item in Platone legitur. Etsi nostra lectio omninò repudianda non sit.

Sic v. ult. συγχύσεως, si annotari meretur.

Pag. 30. v. 3. ἀδὲ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας πίστευχότι, ἢ ταῦτα λ ἀποτεῖσι σοφόν μ ex Plat. leg. & v. 8. ἀλλικῶν Platō.

v. 9. pro τῷ ϛ πρὸ, in vulgatis editionibus Platonis perperam, opinor, τὸ ϛ legitur.

v. 12. αὖ γεγυμνασμένον exemplaria Platonis edita.

v. 17. ἀνθρωπίνη φύσις nominandi casu Plato.

v. 21. οὗ μᾶλλ κεκοσμημένον, & statim v. 23. εἰ αὐτῷ & v. seq. πάντα παντὸς rectiùs meo judicio in Plato. legitur.

v. ult. Etsi omnia exemplaria Platonis habeant, ut hic noster Iamblichus λ φυσικῆς, & quidem ita verterit, ut puto, Ficinus; quod & ipse retinui: tamen propter ἀδιαφορίας suspicor non esse germanum, sed pro eo ἀνοίας potiùs esse leg. judicent eruditi.

Pag. 31. Dubito an hîc debeat esse hujus capitis ut & superioris quinti sectio, cùm continenter illa verba in Timæo Platonis habeantur.

v. 5. ἐξορᾷ τα, & v. 8. τὸ κατὰ τῦ Plato.

v. 14. ὃ γὰρ δὴ, hucusque verba Platon. attulit Iamblichus.

v. 17. αὖ τ θυμὸν οἷον τ λέοντα suspicor legēdum. Hic asscriptum erat πατοειδικὸν θυμοῦ ἐπιθυμία Λέων θυμός.

Ἄνθρωπος λόγος.

v. 25. πολὺ μᾶλλον τ εἰ ἡμῖν leg. censeo.

Pag. 32. v. 13. καὶ εἰ τῷ ἑαυτῷ, vel τὸ ἑαυτῷ ὅτι τον leg. suspicor.

Pag. 33. v. 23. τετραμμένῳ. nominandi casu leg. puto.

v. ult. negativam οὐκ redundare existimo.

Pag. 34. v. 10. Hîc margini asscripta legebantur hæc:



Pag. 35. v. 20. ἐοικέναι αἱ ἄλλαι scribendum puto. Sic v. 23. τῶ δ' ἄλλο præpositio non conjunctio esse debebit.

Pag. 36. v. 9. διαφέρεις οὐδὲ πω, ejecto ϛ planè ocioso. vel ante ϛ aliquid desit.

Pag. 37. 6. ἐκεῖνος πρὸς ταῦτας, obscurè dictum, ut planè metuam benè à me redditum.

v. 8. ἐν ψυχῶν planè legendum censeo, non τόποις.

v. penult. ὁ δὲ περιέχ, παρέχ συγχωρ. putarem leg.

Pag. 38. v. 9. τῶ ἀφωρισθῆναι leg.

v. 19. ἀνθρώπους legendum videtur, etsi per evocationem nominandi casu converterim. & v. 23. τὰς πρὸς τ πολιτικὰς scribo.

Pag. 39. v. penult. pro ποιοῦμεν, vide num ποιεῖμεν potiùs legen. sit.

Pag. 40. v. 2. δυνατοὶ λαβεῖν ἐσμὲν leg. videtur, uti mox v. 27. & pag. 41. v. 14. & c. v. 11. λ φορὰ legendum suspicor. Quanquam si illud axioma, quod vulgo jactatur, verum est, unius generatio est alterius corruptio, λ φορὰ subsistere poterit. Sed noster philosophus non fuit tàm delirus, ut hoc tueretur.

v. 24. Nescio satis an locus sanus sit. Quia verò mihi dubius est, eum asterisco notavi.

Pag. 42. v. 19 post δικαιοῦν, ἀ χρόνιον, vel simile, omissum putarem. Et sequentia videntur non vacare mendis. Quæ quia tollere non potui, imò ne sensum quidem ex iis commodum elicere,

elicere, aſteriſco notavi, lacuna etiam relicta, ut nobis melior aliquis ἰατρὸς illa ſanet.

v. penult. τὸ δ' τε, vel τοι leg. exiſtimo.

Pag. 43. v. 1. συνίον & legebatur in noſtro manuſcripto, nomen ſcilicet pro adverbio, ut accentus declarabat.

v. 9. pro ἀφιμβύτατος ego vel ἀφιμβύτους, vel potiùs ἀφιμβύτους leg. judico.

v. 31. pro χρήσιμόν τε vide num χρήσιμον τὸ leg. ſit.

Pag. 44. v. 10. Hæc ſuprà etiam tractantur p. 26. v. 3.

Pag. 45. v. 18. ἴκασον legebatur.

Pag. 46. v. 4. ἥτε ἀμφιμβύτου, obſcurum nec integrum eſſe puto, fortè ἀμφιμβύτους rectiùs ſcribetur.

Pag. 47. v. 10. πλὴν ἐς τὰς τ' ἐκφράσεων imperfectum eſt. ſi legatur τ' ἐκφράσεων νομισθῇ τι βέλτιον, fortaſſe non malè fluet oratio, certè perfectior erit. Hoc etſi mihi placuerit in verſione, tamen in contextum referre nolui, ne meis ἐμβλήμασι gravisſimum philoſophum temerarem, ſolùm indicare volui ut ſi quis quid rectius iſtis norit, candidus impertiat, ſi non, his mecum utatur.

v. 23. ὅτι πάντες leg. cenſeo non ἴσα. Sic v. 25. τὸ δ' ἴσα, quod legebatur indubitàter in δίκαια mutandum cenſui.

v. 31. καὶ ἐς δυνατὸν, ut converti: ſic legendum puto.

Pag. 48. v. 1. φρονήσει ὁμοίως ſuſpicor rectiùs legi.

Pag. 49. v. 12. Locum mendoſum habeo & pro ὑπομνῆσαι τὸ προκείμενον, ὑπομνῆσαι τὸ πρὸ. καὶ λόγου τ' &c. recte legi poſſe conjicio.

v. penult. etſi εἰρεῖν probatum ſit, & rectè ita dicatur, tamen propter geſundivum, ut ſic dicam, quod præceſſit, vide an non potiùs etiam εἰρητέον leg. ſit.

Pag. 50. v. 5. Illud συμφωνούντων mihi planè ſuſpectum eſt, putavi aliquando inter exſcribendum συναγούσαν legendum. Verùm nunc potiùs cum Tiara συμβαινόντων, ut convenientiùs magiſque appoſitum præfero & mox v. 7. perperam ἔχει indicat. mod. pro Optat. ἔχοι legebatur, quod vel puer videat.

v. 18. ἀλλὰ πάλιν τοιοῦτον βίον, fortè legendum, & ſic in Latino ponendum foret, talem vitam.

Pag. 52. v. 10. σκιαγραφίαν. Heſychius Grammaticus idem eſſe dicit, quod Græci alias σκιαγραφίαν vocant. perelegans per oëm modum vocabulum, quo uſus eſt Plato in Phædo, & infrà p. 77. v. 12. citatur ab Iamblicho, tractum à Apollodoro pictore, à quo etiam μαλακώτερα τῶν μάλλον, ἢ μιμήσεται, originem cepit. Cæterum ſententia eſt inſignis & imo in pectore reponēda magnorū admiratoribus, ut omnibus mortalibus quæ ſtatim ſequuntur, ea quæ hominibus magna videntur, meram eſſe σκιαγραφίαν, ne inſani Ixionis in morem nubem pro Iunone & umbram pro corpore amplectantur, atque hominem nihil eſſe, nihilque itidem in rebus mortalium eſſe ſtabile. Robur, amplitudinem, formam, riſum eſſe. &c.

v. 21. Illa πῶς ἂν ἔδοξεν ἔσναι τινα τῶν ὄψιν ἀστὴ, planè ſuſpecta καὶ ὕποπτα ſunt, nec tamen tam ſum Lynceus, ut hic videam, quopacto medicam manum admoveam. Putavi aliquando ita ſcribendum, πῶς ἂν ἔδοξεν ἔσναι τις τοιαύτην ὄψιν κοπίχων, ὃς δύναιτο ὁρᾶν ἐξ οἵων συνίστανται κακῶν; Quo cùm nondum quid habeam melius, ἰσχω. Quia autem idoneum ſenſum ex illis verbis colligere non potui, lacunam reliqui, ut docti illam majori nobis perſpicacitate pollentes repleant.

v. 23. τιμαὶ &c. Divina planè ſunt hæc noſtri Philoſophi, quæ utinam legerent, quia Chryſo. Theodoret. Salvianum cum aliis ſanctiſſimis patribus nolunt, τὰ ἱερὰ reſpuunt, qui circa hæc nimis quàm inſaniunt.

Pag. 53. v. 3. τελετὰς λέγοντες. Quod hîc dicitur de ſacrificiis, & mox quoque, quod veteriores dicebant olim de pœnis, neſcio quid ſibi velint. Non dubitem, quin Simplicii Commentarii hæc, ut reliqua omnia ſatis ſuperque exponant, atque enodent. Interea verò ſenſum verborum utcunque me reddidiſſe ſpero.

v. 11. De pœna qua afficiebant, quos ceperant prædones Hetruſci, meminit etiam Val. Maxi. lib. 9. cap. 2. Et Mezentii exquiſita pœna quam miſeris inferebat, legitur AEneid. 8. hiſce verſibus,

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibuſq; manus atque oribus ora.

Pag 54. v. 9. Hic meo judicio defectiva eſt oratio. Quare poſt διότους ἴλθοι ἄν. vel ſimile aliquod verbum omiſſum putarem, quod in verſione quidem expreſi, ſed in contextum referre non fui auſus.

Pag. 55. v. 17. Hic in margine hæc notata erant.



v.32. τὰ ἢ μόλις, τὰ ἢ καὶ πανταχῶς, omninò leg. puto.

pag.57.v.10. διάταξις τ οὐρανοῦ, Apophthegma est præclarissimum, quod hic Pythagoræ tributum est ab Iamblicho. Verè enim in hoc nati sumus, ut cœlum ceu veram patriam nostram intueamur. Quò respexit ille, qui dixit,

Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Et Rex ille prophetes ac Psaltes, ἵνος τὰς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη (ad excelsa librorum prophetarum scilicet ac legis, inquit D. Hieronymus) ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου. Et D. Basilius in Liturgia ἄνω χῶμεν τὰς καρδίας, &c.

pag.58.v.1. τὸ τ ψυχῆς articulo masculo. quod in neutrum mutavi legeb. & v.11. pro καὶ ἀφροσύνας omninò καὶ φρονήσεως legend. statuo. Non enim editi sumus, ut contemnamus & discamus: sed uti sæpè jam indicavit, ἵνα δὲ φρονῆτε καὶ μαθῆτε.

v.17. ἤ τις ἐπίσης planè legendum suspicor. quia oratio est dubitativa.

v.26. pro τ ἐν ψυχῇ legendum censeo, τὰ ἐν ψυχῇ.

v.31. Mendosum est illud ἑκάστα, muto autē in ἑκάστοτε. & vocabulo finali δι' ὑπέρων legi utrobique, ut ex versione patet.

Pag.59.v.6. λοιπὰ τὰ, τὰ δὲ ἄλλα, plenum esse existimo, atque ita scriptum fuisse ab Iamblicho. Deinde quod continenter sequitur, ἔστι τι οὐκ ὀκνῶ ἄπειρον εἰ χρῆναι προσεῖναι vel προσεῖν. Nam particulam negativam hic planè omissam suspicor.

v.28. Ζοφοὶ τ καὶ τ. Minoë, Rhadamanthum, Aeacum & Triptolemum ob justitiam, quam coluerunt, judices apud inferos, juxta poëtarum fabulas datos innuit, de quibus in fine Apol. Plato, & passim poëtæ Græci & Latini. Horat. lib.4. Carmin.

Cùm semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria,

Hic annotatū erat minio, διαφωνία ἐν ἕξει, φρόνησις ἐν μανθάνειν πάσχειν.

pag.60.v.11. λοιπὰ δ' ἂν ἀστὶ legend. puto.

v.21. post ἀμωδί vide lector, num μάλα ἄτοπον ἂν ἦν omissum videri possit. Mihi certe ita placuit, ut in versione posuerim. Oratio enim est cæteroqui planè defectiva.

pag.61.v.25. Articulum accusandi casu τ πολιτικὸν lego.

v.30. ἐλᾶ quod in manuscripto erat, necessario in εἰᾶ mutandum putavi. & v.31. ἴστω νόμων rectius fortè legetur. Nam νομεύς, quod perperam legebatur, hanc nostram conjecturam confirmat.

pag.63.v.15. παυλῶς ἂ, ἅμα legebatur, quod non dubitavi in ἁμῶς vel ἅμα mutare.

v.19. ἡμῖς μὲν καὶ παλαμβάνομεν, vel, ἡμεῖς καὶ τὰ μὲν παλαμβ. leg. judico. Sic v.28. itidem malè ἐρώτημ legebatur, cùm sit accusativus participii.

pag.64.v.19. προβλέπουσις, vide lector an non potiùs in prima persona βλέπομεν præferendum sit. & v.25. similiter articulum neutrū in masculinum τ χρώμενον mutandum potius censuerim.

pag. 65. v.20. τὸ δ' ἐν ὦ, sententia illa tota mihi suspecta & planè mendosa est. Torsi me multum diùque, ut commodum sensum eruerem: sed frustrà. Itaque lacunam reliqui, ut ficilimentum præberem post me messuris.

pag.66.v.30. ὅσοι ζῶσι forte. Etsi dativus ζῶσι non malè quadrare videatur.

pag.68.v.5. πάντα ταῦτα legebatur, ut & converti. quanquam ταυτὰ ediđi, ut puto legend. sicque vertendum, eadem omnia.

v.7. ὑπέρχοι Optandi modo mallem.

v.24. ἀδύνατόν τις existimarem potiùs leg. ut suprà v.14. φῇ τις.

v.29. pro ἀφωμένοις, quod nihil sonat, ἀφιεμένοις vel ἀφιεμένοις leg. suspicor.

pag.69.v.1. σύμφορον ἄρχον scrib.

v.20. ἴσθι δὲ καὶ cum copula scrib. & ἴσθι adver. hortandi, non verbum est.

v.22. κινδυνεύουσιν. Totus hic locus ex Platonis Dialogo, qui Phœdo inscribitur, haud tamen ad verbum desumptus est. Habentur autē non procul à principio Dialog. pag. Basil. edit. 24.v.50. Atque hæc prima de morte allegantur ab Theodoreto παθ. ἑλλ. λόγ. ε. p. 118. in quo mirum est eruditis. ejus interpretem Zen,

Acciaiolum

Acciaiolum κινδυνεύουσι reddidisse, in eo sunt discrimine, cùm sit idem, quod δοκοῦσι. Minus autem mirum, si nos aliquoties in gravioribus & obscurioribus sexagenarii caligemus. Porrò quod rectius τῇ ἐμῇ in Platone, vel in nostro codice videbitur, item diversitatem lectionum fidelissimè indicaturus sum.

v.27. ἢτε. Illa olim per dubitativam particulam, ἄρα, secutus nostrum exemplar, converti: sed Platonem sequens, malo scribere, quatenus verò moriantur, & quatenus morte, &c.

v.28. ἄξιοι εἰσι ex Plat. scrib. & illa ὃ οἶμαι τῶν Iamblichi sunt verba, non Platonis, quemadmodum quidem hodie editum habemus.

pag.70.v.2. καθ' ἑαυτό legitur in Platon. & statim v.9. στέρον in Platone. Sed idem est & hoc & illud.

v.17. Plato rectiùs μείζω αὐτῇ, & v.20. ἀφιστάμενα αὐτῇ, & v.18. ἢ τὸ τοιοῦτο legitur.

v.25. τὸ ἄλλως ἀνθρώπων est in Platone, & v.27. πολλαῖς ἀνθρώποις, quod & præfero tā multis dativis. Contrà mox v.27. pro ἐν itidem rectiùs ᾧ dativus in Plat. est.

pag.71.v.13. pro ὑπερτυγχάνει, quod Iamblichus hîc habet, in Platone legitur ἄπληστον. & mox v.14. δ nec est in Platone, nec hîc locum habere puto.

v.18. πως τοτὲ κάλλιστα legendum ex Platone. & v.22. αὐτὴ καθ' αὑτὴν & v.29. καθόσον δύναται & v.30. αὐτὴν καθ', & quæ sequuntur v.31. μάλιστα δ' ἔστι, usque ad pag.72.v.4. ἄλλη, non sunt quidem Platonis verba, sed tamen ab Iamblicho ex Platonis sensu petitæ.

pag.72.v.18. ἐπιχθεῖσα legitur in Platone pag. 25.v.42. sed nostram lectionem præfero. Et v. 30. τοιαῦτα ἄττα λέγειν, ὅτι κινδυνεύει τοι est in Platone.

pag.73.v.13. post ἡμᾶς, in Platone additur non inane adjectivum πολλῆς.

v.19. pro χρημάτων, Plato habet χρημάτων, quod nostro præfero,

pag.74.v.4 αὐτὰ τὰ πράγματα, legitur in Platone, rectissimè.

v.6. φρόνησις etsi non malè legatur, in Platone tamen φρονήσεως legi indicare volui.

v.11. δυοῖν θάτερον est in Platone. & v.16. ζῶμεν ἅτερος ὡς itidem legitur in exemplari Platonis. v.25. μὴ τοιοῦτον τι ἱσόμοιρα leg. Sic v.29. μᾶλλον ἢ ex Platone scrib. duco.

v.30. ἡ κάθαρσις δι' οὗτο ξυμβαίνει, paulò post sequitur in Platone pag.26.v.20. & τὸ χωρίζειν ὅτι μάλιστα δυοῖν τοῦν σώμασιν τῷ ψυχῇ &c. ut καθ' αὑτὸ interjectum otiosum videri possit.

pag.75.v.2. Illa istis notis [ ] inclusa ex Platone inserenda putavi, ut plena foret sententia. Omissionis causam existimo præbuisse oscitanti scriptori καθ' αὑτὸ præcedens & subsequens. Iudicet æquus & eruditus lector. Sic posteà ubicumque illæ notæ occurrunt, è Platone addita à nobis intellige.

v.12. μόνος οἱ φιλόσοφοι Plato.

v.24. καὶ ἡ σωφροσύνη &c. etsi eodem modo quo hîc citata sunt, habeantur apud Platonem, tamen haud satis scio, num germana sint. fortè alterum, quod non necessario relativo adest, otiosum est.

v.32. ἰδιοπάθειάς itidem apud Plat. est.

pag.76.v.4. μεγίστων κακῶν rectiùs Plato. & v. seq. μείζονων κακῶν. sic v.7. καὶ δίκης ἀνδρεῖον.

v.9. καίτοι ἔλοχόν γε ἦν ἴσως ἡ δειλία in Platone legitur multò rectissimè.

v.12. σώφρονές εἰσι Plato, quod si tamen ἄρα retinendum est, tum σώφρονας ponendum. & v. 13. τὸ καθ' ἓν τὸ geminato articulo ex Plato. & hîc legendum contra articulum τ' omisit Plato v. 24.

v.26. ἐλέγετο πῇ lege ex Platone & v. seq. σωφρονοῦσι, permultum enim differunt, quod in Platone, & quod in nostro est.

v.28. ἀλλαγὴ non est in Platone, minimè tamen otiosa. & v.31. καὶ μείζω ex eodem copulavi.

pag.77.v.5. πῇ δοκεῖ ἢ lege ex eodem Plat.

v.7. Quæ hîc inserui itidem ab scriba meo judicio fuere omissa, occasione φρονήσεως, quod præcedit & sequitur, eóque interjecta non scripserit.

v.22. ἀνοσίῳ καὶ ἀτελεῖ legitur in Plato.

v. 28. Carmen constabit si legatur πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι. Sed de eo Eras. in χιλ. Et hæc hactenus ab Iamblicho ex Platone adducta citantur itidem ab Ioanne Stob. λόγ. β.

pag.78.v.7. ἀλλὰ τύχαι. Hæc rursum Iamblichus sumpsit ex eodem Dialogo, habentúrque pag. 32.v.30.

v.21. καὶ ταυτὰ Plato.

pag.79.v.2. Hîc in nostro exemplari ἄλλα θέα vitiosissimè legebatur, quod vel puer videat. In Platone idē est καλινδεῖται. sed utroque modo legitur hoc verbum.

v.28. ὃς ἀληθὴς φίλος est in Plat.

pag.80.

Pag.80.v.3. In Platone legitur pag.33. v.7. ὅσον ἂν τις.&.v.6.κακῶν. Deinde v.8.καὶ οὐ λοιδόρησε αὐτὸ, ὅτι ἡ ψυχὴ apud eundem legitur, & hic, ut in versione quoque expressi, legendū est.

v.32 σπερομένη ἐμφύσει absque negativa ex Platone legendum judico.

pag.81.v.8 perperam hîc in masculino ἐκεῖνος legebatur, quod in fœmin. ex Platone mutavi. Sic v.13. μεταχειριζομένῳ est in Platone. & v.sequen. παρασκευάζεσθαι.

v.19.ζητῆσαι δεῖν ἕτερος Plato.

v.ultimo ἀλλὰ μὴν τόδε ex eodem dialogo desumpsit Iamblichus. Sunt autem versus finem dialogi pag.43.v.11. atque inde uncis inclusa ut necessaria nostro textui inserui.

pag.82.v.23.ἡ ὑφ' ὧν. Hucusque verba Platonis retulit, quæ sequuntur sunt nostri philosophi.

v.29.ἐκεῖνο τὸ τῆς δικαιοσύνης. Vide Platon.in Phædro, unde noster hæc desumpsisse videtur. Cæterùm tidētur ab sanctissimo Theodoreto παθ. ἑλλην. θεραπ. λόγ. ια. nuperæ edition. pag.158.

pag.83.v.17. Illa quoque planè aurea cum sequentibus nonnullis ab Iamblicho petita sunt ex Oratione Socratis, quæ exstat in Apolog. apud Plat.pag.12.v.13. & deinceps juxta Ioan. Valderi editionem, quæ prodiit anno 34. Basil.

v.25.δὲ ἄλλα τινὸς ἢ τῶν σφόδρα est in Plato. ibidem v.22.

pag.84.v.14. Et hæc cum sequentibus usq; ad finem capitis pene ad verbum ex Theæteto Platonis mutuatus est Iamblichus, atque habentur pag.81.v.16. citantúrque simul ab Clemen. Alexand. στρωμ.1.pag. Florentinę edition. 249.& ab Theodoreto παθ. ἑλλ. λόγ. ultimo pag. 168. & ab Porphyrio lib.1. περὶ ἐμψύχων ἀποχῆς.

v.27.ἢ ἑπτέρως, non est in Platone, & mihi etiā videtur περίλειπτον.

pag.85.v.1. χόες ab nominativo masculini generis χοῦς vel χοεὺς venit. Hoc autem dici λαπάρως χίειν, dubium non est. Iul.Pollux refert inter vinaria pocula lib.10.cap.20. Quid sit exponunt eruditissimè Budæus lib.5.de asse, & Georg. Valla lib.2.de pond.& mens. Epiphanius in lib.de pond.& mens. dicit esse mensuram ξέστου.1. Stanislaus Grsepsius etiam post alios diligenter & eruditè collegit, quodde eo dici possit, in libello de multiplici siclo & talento Hebraico. Latinè ferè reddunt cōgium. Itaque nos quoque olim congios verteramus. Sed videns diversitatem interpretum variorum, cum doctissimo Ficino & Græcum retinui, & fluctus adjicere malui. Est qui in Platone reddat arenas matis, æquè propriè ac nos. Clement. Alexan. interpres Gentianus homo benè doctus cum Ficino retinuit. Zenob. autem Acciaolus Theodoreti interpres, cùm hæc citantur, convertit, quod aquæ poculis constet mare. Hæc indicare volui, ne quis improbior nobis hinc fortè dicam scribat, quod fluctus reddiderimus.

v.9.manuscriptum habet πίπτειν Clemens & Theodoret. πίπτατον, Platonis φέρεται ut cōvenientiùs hic ponere malui.

v.11.καὶ τὰ ἐπιπίπτειν legitur in Platone mendosè, ut opinor, cum nostro autem exemplari consentit Theodo.loco modo indicato, & mox v.13.πάλιν. & v.17.ἄνω βλέπειν.

v.22.τὰ δὲ ἐμπροσθεν est in vulgatis exempl. Plat. & statim ἐκεῖ πόδας non παρὰ leg. ex eodem. ut pag.seq.v.6.

v.27.πλησίον ἀγείλων. & v.29. ὅτι πράττει & ἀλλ' ἐλέγχει ex Platone leg.

v.ult.διάφορον legitur apud Plat.

Pag.86.v.3.ἰδίᾳ τε συγγινόμενον, & statim v.17.pro ἐμμελετήσειας, quod & hic & apud Platonem est, putarem μεμελετήκειας potiùs leg. augmento scilicet μι mutato in περιτὸ ἐμ. nisi quis malit ἐμμεμελετηκέναι potius.

v.25.οἷον τυβώνιον Plato sine articulo, & mox v.29.γέλως non est apud Platonem, etsi judicē necessarium.

pag.87.v.3. Etsi hic locus ad unguem respōdeat verbis Platonis, tamen olim putavi potiùs legendum ὡς σπὸν οὐ ὄφει τύπτειν τὸ τύχον σκεῦος, sicque nonnulli, ut & nos, illum convertunt, & nondum inde abhorreo.

pag.87.v.13. Hic perperam legebatur λαμφθῆναι, nostram lectionem, quæ germana est, ex Platone restitui.

v.27.Ἀμφίλεων nomen ex brevi intervallo bis positum, oscitantem scribam iterum in errorem impulit. Itaque illis propriis inclusa quū illius incuria omissa essent, ex Platone rursum nostræ editioni restituii. Item v.31.πρὸς κύκλος in nostro exemplari prætermissa ex Plat. similiter apposui.

v.ult.ἀπ' αὐτῶν γελᾶν. Ita omnia exemplaria, quæ quidem mihi videre contigit, constanter habent

habent, & interpretes Platoni omnes, quos & ipse sum secutus, vertunt, rident. Interea non est prætereundum grauissimum longè Christianissimi scriptorē Theod. λόγ. α. παθ. ἀλλ. qui est de martyribus, pag. 113. cùm hunc locum citat, legere, ἀπ' αὐτῶ τοῦ Λαοῦ, ab ipso Lao, ut & reddidit doctissimus Accinctus (fortè Λαΐου leg.) ἀλλ' ὁ τύπος, ὃν καὶ ἐν ἄλλοις διεξήλθομεν, quam candidè indico, ἐπέχω. Doctis censuram defero. pag. 88. v. Δεδοίκει insensati reddidi, quod vocabulum etsi à Gallis videri possit tractum, tamen ab illis ante me observatum est, hosce ab Latinis habere. Utitur enim sensati vocabulo aliquoties non postremus Latinitatis scriptor Iulius Firmicus Maternus.

v. 14. ἐκείνου αὐτοῦ legebam, nostram lectionem ex Platone posui.

v. 18. rectius hic nostrum exemplar, quàm vulgaria edita Platonis, quæ hîc εἰς βασιλ. pro ἢ habent.

pag. 89. v. 4. pro ἐναντίως, quod in nostro manuscripto non est, Plato habet ἐναντίως. v. 8. ζωῆς nō est in vulgatis exemplaribus Plat.

v. 18. καὶ ἐξίσου lege ex Platone. & v. 20. quid si ἐπὶ δίκαια unico vocabulo tāēn Platone, quàm hîc ἐπιδίκια, hoc est, ἐπιδικίως legamus?

v. 29. Et hæc cum sequentibus citata ab Theodoreto παθ. ἀλλαχ. Serm. ulti. pag. 168.

pag. 90. v. 18. ἢ τὸν ὁπωσοῦν ἢ ὁπωσοῦν ἀδικοῦντα &c. præclara illa est sententia Platonis & planè divino homine digna. hîc erat hæc figura.



pag. 91. v. 5. ὅτι ὁ λέγει ὅτι γῆς ἄλλας ἄχθη. sic constanter habent omnia, quæ quidem vidi exemplaria Platonis, & sic interpretes, quos & ipse secutus sum, legerunt. sic & Eras. in adagio ἄχθος ἀρούρης. interea etiam, atq; eiiā videndū, an non juxtà Petrei Tiaræ doctissimi hominis conjecturam potiùs legi utrobique debeat, ὅτι οὐκ Ὀλύμπια ἴσα γῆς ἄλλας ἄχθη. Frequenter enim apud illum poëtam cujus dicta oraculi vice habuit Socrates, & seculum prius, obvium est illud, ἄχθος ἀρούρης.

pag. 92. v. 4. Plato communiter hic habet συνόντες, quod tamen leviculum est. Deinde quod sequitur v. 7. ὑπερογκον φρονοῦντες. non est Platonis sed Iamblichi.

v. 24. καὶ &c. Hæc omnia ad verbum, penè ad finem usque capitis, mutuatus est Iamblichus ex principio statim septimi dialogi de Rep. quæ ille dexterrimè, ut omnia, ad suū institutū accōmodavit. Nos inde pleraque in nostro exemplari vitiosè descripta sanavimus.

pag. 93. v. 13. pro simplici compositum παρομοιουμένων in Platone legitur.

pag. 94. v. 2. post τινὸς hîc erat lacuna, quam nullo negotio complere & tollere proclive erat ex Platone, addendo ἔστιν ἄρα μείζων ὁ τὸν, &c. Et v. 5. in nostro manuscript. erat τὸν ὄντα, quod in τὸ παράδειγμα ex Platone mutavi. Sic νομίζειν in nostro codice aberat. Item ἄπερ ἐφεξῆς, ex quibus ἐφεξῆς consequitur in Platone, atque ita legēdum judico.

v. ult. in manuscr. ἐξόπιστον βλέπειν erat, quod ex eodem loco ita mutavi.

pag. 95. v. 4. αὐτὸ λόγῳ tam in nostro, quàm Platone potiùs legendum suspicor.

Sic v. 8. τοῦ μὴ τόπου copula καὶ non est in Platon. codicibus, eámque otiosam habeo. contra ἄρα ἔχει, quod est v. 15. ex Platone adjeci, & v. 19. ἐφ' ἑαυτῶν δὲ ἄν liber manuf.

pag. 96. v. 7. ἀλλὰ αὐτοῦ ὁ τοῦτο, ἀ τάς τε &c. noster manuf. habet, si cui hoc magis placeat.

v. 31. Homericus locus, quem Plato, quemq; hic noster allegant, est ἔθνεα λ.

pag. 97. v. 3. καὶ τότε δὴ habebat noster manu.

v. 19. Platonis exemplar. omnia habent παρέχειν. & quod v. 21. in nostro erat ἔστιν. ex Platon. mutavi in ἴσης, modi enim respondere debebant.

pag. 98. v. 3. Hîc verba Platonis paululum immutata sunt ab nostro Iamblicho, & pro πλεονεξίας, quod v. 5. est, Plato habet πλεονεκτῶν, si quidem hoc annotari meretur.

v. 18. ἀντιλαμβάνεσθαι δὲ καὶ φιλοσοφίας legerim omninò suspicor.

v. 25. Ἐν τοίνυν non malè quidem legitur in nostro manuscri. interim quia Plato subdit statim post illa verba ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, quæ sunt v. 26. ἴδῃ τοίνυν, videndum an non ita quoque scripserit noster Iamblichus.

v. 26. pro πόλει Plato habet πολλῷ. p. 436.

v.41. unde & hæc desumpta sunt, κομίζῃ, & οὐχ ἥκιστα τοῦτο ἐπαγγ.

pag.99.v.1. σφᾶς σὺν ἡμῖν in Plato. est, quod in versione secutus sum.

v.4. ἐκάστου δύναμιν, & v.seq. ἕν ἑκάστῳ, similiter v.8. τὸ φανὸν idem.

v.14 ἔστι τοίνυν Plato. & v.seq. itidem una dictione ἀδικωτάτη, ut rectè legitur infrà v.31.

v.17. in subjunctivo μισοπονηρήσωμεν tam hîc quàm in Platone malim.

pag 100.v.3. ἀκριβῶ τοῦτο nostrũ exemplar. at Plato πάλαι, fortè utrumque τοῦτο πάντα leg. & v.11. τὰς γενέσεως ξυγχυσὶν rectiùs in Platone legitur.

v.19. post ἐξὸν in manuscripto nostro erat lacuna, quam proclive erat tollere ex Platone, cùm inde hæc petita essent.

pag. 101.v.2. ἢ δὲ legebatur in nostro libro manu descripto, quod ita necessariò mutandũ putavi, ut edidimus, quo sententia foret perspicua.

v.7. ἐρεῖς λέγοντος. Hæc cum sequentibus haud tamen ad verbum desumpta sunt ex Gorgia Plat. p.320.v.21.

v.16, ἵνα τοῦτο ἔλθῃ est in Platone, penè Apostolicam vocem videor mihi audire, excepto quod nec peccatum nec peccata tollentem miserit intellexit.

v.23. Quod hic est Σικελὸς, id in Platone est Σικελὸς, perperam, ut opinor. & v.26. τι περὶ τούτου ex Platone inserui, alioquin in nostro non erant.

v.28. pro τῇ ἀνοίᾳ Plato habet τῇ δ' ἀμυήτου, quod præferendum est.

pag.102.v.2. ἀπαλλαγὴν est in Plat. cujus hic verba referuntur. In nostro verò manuscripto erat ἀπαλλαγὴν, cóque puto Platonem & Iamblichum usos.

v.7. ἀθλιώτατος ἂν εἴη, cum Plat. malim.

v.20. pro δὲ δὴ ἀπαλλαγὴν in Plat. legitur ἀλλ' ἢ δ'. & v.seq. sine præpos. ἐπὶ. & in sequentibus nonnihil à Platone variat noster Iamblichus.

pag.103.v.16. ἄρα τοιοῦτον ἐστὶν ὃ λέγω est in Plat.

v.22. ἄτοπον ἄτοπα legitur in Platone, sed in nostro manuscripto est ἄβατον, quod secutus sum in vertendo. Sin autem Platonis lectio retinenda est, vertendum erit, multa quoque effluere necesse est. Et libens fatebor me erasse.

v.25. κακοδαίμων βίον, consulendum adagium apud Erasmum Charadrium imitans. Quid intelligatur puto me satis in versione expressisse. Eustathius κακόδαιμον alicubi τὸν φαυλοδαίμονα esse dicit, ἀπὸ τοῦ κακοδαίμονος atque inde venire κακοδαιμόνιον, v.seq. perperam in nostro codice scriptum erat adverbialiter κακοδαιμόνως, cùm sit particip. præteritum.

pag.104.v.9. contra pro ἀφροσύνῃ, vide an non potiùs legendum sit adverbialiter ἀφρόνως. & mox v.18. ἀφροσύνῃ censeo leg.

v.18. sic ἀπαλλαγὴν Plato. ἀδικίαν, ψυχῆς τόνον esse dixit, quem hic sequitur.

v.21. pro ἀπαλλαγὴν ἀπαλλαγῆς legendum scribendúmque judico.

v.26. ἄτοπος ὁ κίνδυνος, illa usque ad v. 20. p. 106. philosophus noster ex Platonis Gorgia p. 324.v.40. & deinceps desumpsit, ac paululum immutata suo instituto accommodavit.

pag.106.v.13. pro τὴν ἀφροσύνην, quod malè legeb. in nostro, ex Platone σωφροσύνην à me repositum est.

v.25. etsi τὸ ἀνόμῳ hic rectè in flexum locum habere posset, tamen in ὑποτακτικῇ cum Platone malo legere ἄνομος.

pag.106.v.13. ἀλλ' ἄτοπα κινεῖ est in Platone.

pag.107.ab v.1. usque ad 10. hæc figura erat appicta.

σῶμα	ψυχὴ
ὑγίεια, ἰσχύς,	νόμος.
παιδονομικὴ νόσος	ποινὴ καὶ ἀπολογία & ἀδικία.
Συμπλοκή	Ἀγυιά.
τάξις χρηστὴ	κόσμος ἀγαθός.

v.5. καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὃν ἐν τῷ αὐτῷ &c. Hæc itidem noster ex Platonico Gorgia sumpsit, dialogo solum mutato in continentem orationem. Habentur autem p.325.v.25. & deinceps.

v.11. ἀγαθοὶ γεγόναμεν, est in Plat. & v.14. ἀλλὰ μὴν δή. Item v.17. ἐκ ὅτου εἰκῇ κάλλιστα, & mox v. 20. ἀπολλύσθω αὐτῷ. τάξει δὲ ἕκαστα τεταγμένα καὶ, absque π. Sic v.27. ἑαυτοῦ, legit Plato.

pag.108.v.7. Oratio in nostro Ecliptica & plena

plena non est. Et puto planè ab Iamblicho asscripta fuisse, quæ imprudens & oscitans scriba deceptus verbo πρότερον bis posito, prætermisit. Itaque addo ex Platone post πρότερον τοῦ πρότερον, ἢ μὴ οὕτω μέλλοντα ἐρεῖτε τὸν πρότερον τοῦ πρότερον, ἕπεσθαι &c. Quibus necessariò receptis Latina quoque supplenda erunt, hoc modo, & qui hominibus, quæ decent, facit, quæ justa sunt, faciet: & diis &c.

v. 20. ὁ δὲ: articulo masculino ex Plat. scrib.

v. 22. ἃ δὲ πρότερα exempl. Plat.

v. ult. ὡς ἴχνη τοῦδε ἕκαστος ἡμῶν. Eraf. hinc Adagium collegit, quantum quis pedibus vadeat.

pag. 109. v. 1. μηδὲν δοκῶ est apud Platonem & v. 4. pro ἰδιώτην in Plat. meo est, ἰδιώτης, fortè ἰδιώτης leg. ut & Aldinum Plat. exemplar habet.

v. 10. ἡμῖν τὰ τῆς πόλεως pro ἡμῖν ex Plat. scrib. Sic v. 15. pro ταῦτα ταύτης Plato habet. Porrò hîc asscripta erat hæc figura.



pag. 110. v. 4. πολλῶς αἰφνίδιος. Tota hæc oratio ferè desumpta est ex dialogo Platonis, cui titulus est Menexenus vel Epitaphius. Verùm non nihil illam immutavit Iamblichus.

v. 6. περὶ ἡμᾶς τε καὶ ὑπὲρ ἡμῶν leg. in Platone p. 369. v. 24. & v. 8. τὰς ἡμετέρας πατέρας, & v. 16. λεγόμενα πάντα, ibidem legitur.

v. 26. Illam sententiam M. Tull. Cicero lib. Offic. 1. sic reddidit, Scientia quæ est remota à justitia, calliditas potiùs, quàm sapientia est appellanda.

p. 111. v. 14. ἅπαν μὲν δὴ τιμᾶν γενναῖον non ἡμᾶς ex Platone omninò leg. Præclarus & planè insignis locus, qui omnibus ad majorum virtutes superādas meritò potiùs debebit addere calcar: quàm ut torpidi & ignavi illas solùm jactitēt. Verùm ut eleganter loco modò citato ex Platonis Lachete ait Cicero, sequi debemus Lacedæmoniorum morem, qui cupiditate vincendi inflammatus erat, maximè omnium in prælio princeps esse volebat, prout quisque animi magnitudine maximè excellebat. Nihil enim turpius est, ut modò dictum, viro se aliquid esse existimanti, quàm seipsum non per se, suarúmque virtutum respectu: sed propter majorum gloriam honorandum præbere.

v. 24. πάλαι γὰρ δή. Et hæc ex eodem loco Platonis, sed paulò inferiùs, nempè v. 31. desumpta sunt.

pag. 112. v. 10. in Platone est, ἢ τὸν ἡμέτερον, pro ἢ τὸν ἐμὸν δή.

v. 16. ἀπὸ μεγαλοψυχίας ἀνὴρ &c. Illa sumsit Iamblichus ex lib. β. νόμων Platon. pag. 522. v. 40.

v. 19. In Platone legitur σμικρὸς ἢ ἀδύνατος ἦν, & v. 20. ἰὼν δ' ἂν ἐς πλουτοῦσαν μεγάλα. Porrò Cinyras Cyprius, & Midas Phryx erant, ambo reges præ divites. Utriusque meminit Eraf. in χιλίων Adagiis Cinyræ opes, &c, Midæ divitiæ.

v. 25. φασὶν ἡμῖν ὁ ποιητής, legitur apud Platonem. Poëtæ porrò hujus nomen exprimit dialogo primo de Legib. Tyrtæum Athenienſem civem. Illius quædam etiam nunc hodie exstant εἰς τὸν πολεμικὸν ἀγῶνα in quo hæc sunt, quæ hîc citantur. Et ipsius carmen est, ἢ θεῖον ἀρετῆς ἐπὶ ἔργοις ἕπεσθαι ἑκάστοις &c. hemistichia sunt ἐσθλὸν φίλον αἱματόεσσαν, & θεῖον Θερσίτειον βορέην.

pag. 113. v. 1. τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλῶν. Hæc etiam citantur cum sequentibus ab Theodoreto παθ. ἑλληνικ. λόγ. 5. p. 91. Cæterùm Iamblichus structuram orationis Platonicæ ad suum institutum accommodando paululum immutavit.

v. 8. ἔστι δὲ τὸ κακὸν, vertè potiùs. Adhæc verò etiam tyrannicè omnia, quæ voles, facere, & finem omnis beatitudinis esse, ut quæ omnia, &c.

v. 17. Plato habet τὸ βέλτιστον, & v. 22. ὁμοιοπαθὲς τῷ idem. & v. penult. μὴ ξυμφέροντος ἀνθρ.

pag. 114. v. 5. pro πρὸ χαίρειν πρὸ, alterutrum, prius scilicet suspicor esse debere τὸ.

v. 13. post πᾶς δὲ βίαν verbum aliquod meo judicio abest. Si divinationi locus foret, πειθοῖ vel simile inserendum.

v. 21. pro ἀφροσύνους, vel ἀφροσιώδεις vel potiùs ἀφρονεστέρους leg. statuo.

v. 26. ἀλλὰ μὴν τῷ ἀψύχῳ. De ea re præclarè disseritur apud Plat. πολιτ. 5. statim in principio.

pag. 115. v. 5. φιλοσοφήσωμεν. Et eo vocabulo utitur Plato dialogo 2. de Rep. sub finem. Pulcherrimum verò est quod hîc à Iamblicho dicitur.

v. 8. εἰ μὴ τὸν ἀρετὴν εἰδόσιν planè legendum censeo. nam aliòqui falsa foret sententia. & prorsus menti Iamblichi contraria.

v. 16. Vide an non potiùs legerit ἀφανεστάτως adverbialiter.

pag 116 v.1. Fortè in ἐμπνεῖν non ἐπιπνεῖν legendum. ἐπιπνεῖν, licet in hoc converterim.

v.9. pro ἐγκαλεῖ omninò suspicor παρεγκαλεῖ, ut & converti, leg. hîc erat hoc notatum.



v.20. Oratio partim vincta & copulata. Lego itaque συντεχνῶς καὶ φύσει. Notanda autem hîc series, quam posuit Philosophus noster, α. φύσις. β. ἐπιθυμία. γ. φιλοσοφία. δ. παιδεία. ε. χρόνος. Quibus omnibus in philosophia discenda opus est.

pag. 117. v. 10. Locus vitiosus est. suspicor autem ita legendum esse, οὐδ' ἂν ἡ, ἀνάγκη δεῖ &c. ut v. 13.

pag. 118. v. 20. συνεγγυᾶσθαι τε αὐτῇ legend. judico.

pag. 120. v. 10. τοῦτο γὰρ τὰς τε πόλεις, καὶ τοὺς ἀνθρώπους τὸ &c. defectiva oratio est, & in fine συνίχειν ἄνευ ποιεῖ, legend. statuo.

v. 23. Et hîc post μᾶλιστα, ἴσως addendum puto.

p. 121. v. 1. συνδιαφέρειν hîc legebatur, malè ut opinor.

v. 3. φοβοῦ μόνος potiùs in præsenti legendū putarem.

v. 14. ἵνως ἂν ὡς fortè rectiùs legetur.

v. 27. διὰ τὴν εἰς φιλοσοφίαν lego vel ἐν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, & mox v. 29. locum mendosum asterisco notavi, & converti ut potui. Postquam edit Latina jam edita essent, cogitavi an non ἀγαθῷ τινὶ φιλοσοφοῦντι, legendum sit, judicet ceruditus lector.

v. ult. ἐπεὶ εἰ μὴ ὑπῆρχον οἱ μὴ, plenè fortasse legendum fuit: sed tamen ne sic quidem locus satis fuerit persanatus. Sunt enim mihi omnia, quæ sequuntur, suspecta. quominus mirum videbitur, si nobis quoque in versione non planè constemus.

pag. 122. v. ult. fuit tempus quo putavi pro ἀνωφελὲς, ἀνωφελὴς potiùs esse legendum. Sed nunc mutata sententia veterem lectionem, ut non omninò improbandam retineo.

pag. 123. v. 24. δὲ εἶπεν ἂν γένοιτο potiùs scrib. puto.

pag. 124. v. 2. post ἀνδρὸς, ἀνωφελὴς verbum omissum fuisse existimo.

v. 9. ἀδιαγίγνωτον in ἀπερινόητον legendum censeo. Sic & v. 10. συμβαίνῃ.

pag. 125. v. 1. ἢ τ', nomen aliquod substantivum hîc omissum videtur. Itaque vel θεὸν vel πλοῦτον addendū statuo, & mox αὐτὸ ἀγαθὸν ἢ μή. ἢ ἀγαθὸν μὲν οὐκ τὸ σύνεσις legendum itidem suspicor.

v. 5. pro ἀσφαλῆ ἀνεφαλὴς lego. & pro ἀνεπιβούλευτον, quod erat in manuscripto, vel ἀνεπιβουλεύτως vel ἀνεπιβούλευτον, quod in textu posui, leg. Hoc & doctissimus Tiara vidit.

v. 23. ἴσως legendum potiùs suspicor, ut sit relativum ὅσων. Recenset septem utilitates illichus, quæ ex σύνεσις contingunt. Sic contrà septem gravissima incommoda, quæ ex ἀσυνεσία.

pag. 126. v. 9. ἐλαττόνων τι ὑπόπτους lego, quod etsi minutulum sit, tamen notare volui.

v. 10. Hîc in manuscripto legebatur ἀσυμφώνοι, quod ita mutandum esse, ut edidimus, vel pueris manifestum est.

v. 14. vocabulo truncato asteriscum apposui. Cum Tiara & hîc vel ἀπειρήκασιν vel ἐπειρήκασιν scrib. statuo.

v. 19. non ἄσπιλος aut ἄχιλος: sed ἄχολος omninò scribendū judico. porrò illud ἀκαθεκτότερον quod est v. 22. nescio an satiùs sit genuinum.

v. 25. ἀπλοῦν γνῶσιν, elegans vocabulum, cujus simplice utitur sanctior ac certior hoc nostro philosophus, Rom. 2. v. 5. quod Oecumenius interpretatur ἀπλανῆ.

pag. 127. v. 1. ἀναθέσεων rectiùs scribi posse puto, & v. 7. alterutrum συμβαίνῃ ejiciendum est.

v. 15. ἀδιάφθαλτον mihi suspectum est, fortè pro eo, ut ego quidem puto, non malè legas εὐδιαπτάτητον. τῶν πανύγρων ἰμφοβον sine ν legend.

v. 17. pro καὶ συμφέρει, Tiara pia mente. συμφέροντα legere malebat, ego συμφέρειν præfero.

v. 31. pro ἢ μὴ, ἐὰν μὴ legendum esse, neminem puto fore, qui dubitaturus sit.

pag. 129. v. 15. ἢ δοκεῖ ἢ leg. & v. 19. in latino vulgarem & communem ad ejus fectæ vitam, ἤθους scilicet, vel referimus. & mox ἀκριτον vel liberum vero potuisset; genus enim vitæ mixtum intelligitur.

v. ult. pro ἰσίοις ἰσίοις legendum esse ab ἰμφέρω them. nemo non videt. Mendum ex vitiosa natum enunciatione, qua ει, & οι, & υ eodem modo pronunciantur, idque valdè absur-

dè.

dé. Quanquam illud nostrum etiam possit tolerari.

pag. 130. v. 1. ἢ ὁ ἀλλ' πλανήτου σήμου legendū existimo.

v. 13. λαλαθόντας ὃ omninò leg. putō.

v. 17. pro περιπολήσας fortè scribendum περιπεπλόκας. Sed edita lectio nequaquam improbanda.

Pag. 2. τῷ ἐμῷ omninò legendum suspicor, sic & Tiana, & quod sequitur v. 24. ἐμηχανήθη, quod reddidi, excogitata est, symbolica scilicet, philosophia, planè de symbolis accipiēdum est. Sic si minus placet ἀπόκλιτον abstersionem reddere, ut planè non videtur hic congruere, substituatur, expressionem, quasi effigiei cujuspiam. nam ἀπομάσσω idem esse aliquando, quod ἀπομάττω, unde ἀπομαγεῖον venit, Suidas in ἀπομαξάμενος locuples testis est, & post illum etiam ex variis authoribus diligentissimè observavit in suis Commentar. Græc. Linguæ doctissimus Budæus.

v. 32. pro ἀνάγκη, ἀνάγκαι omninò legendum esse, ipse sensus convincit.

pag. 131. v. 9. πρὸς ἄλλους cum Tiana, vel πρὸς ἀλλήλους leg.

v. 13. Vide in vita Pythagoræ pag. 104. v. 7. & ad illa nostras notas.

v. 20. pro ἀκριβεστάτου, ἀκριβεστάτου planè legendum esse statuo. De hisce ἐξαιρετικῆς τῆς περιεργασίας vide quæ habet Cicero in principio lib. 5. de finibus bonō. & malō. itémque quæ doctissimè annotavit in suis Græc. linguæ commentariis Budæus.

v. 25. lego παρεισάκτους, pro ἀποξένους, quos alienos & subreptitios verto. Suidas namque παρεισάκτους ἀλλοτρίους interpretatur: quamobrem παρεισάκτους potiùs, quàm ἀποξένους dicendos collegi, postea tamen etiam pag. 138. v. 16. ἀποξενοῦται utitur, & παρεπιδημοῦντες non παρεισκεκριμένους cum augmento scribendum esse etiam Grammatica nos docet.

v. 27. σύμβολα Clemens Alexandr. memorat, author est Alexandrum quendam in hac Pythagoræ symbola commentaria scripsisse. Sic & Androcydum refert Iamblichus lib. 1. pa. 134. v. 4. Quæ non dubium quin etiā viderit Iamblichus, ut ex illorum hæc sua potuerit concinnavisse. Quemadmodum & Pythagoræ vitam ex Hermippo Ἑρμιππείῳ historico, cujus Josephus contrà Appionem lib. 1. meminit. Pulchrō autem ordine hæc confinxit, quæ venerunt ad numerum omninò XXXIX. penè totidem ex Diogene & Suida aliisque authoribus collegit & interpretatus est Eras. in χιλ. Sed permultum differunt ab hisce Erasmicis. Nam primorū quatuor cum symbolo, quod in ordine quidē est 25. in explicatione verò 4. nemo Veterum meminit. Et rursus Era. quædam cōmemorat, quæ non sunt apud nostrum, verum nos & hujus & illius jucundè fruemur.

pag. 132. v. 9. Nec hoc symbolum cum eo quod sequitur est apud alios. Item symb. IX. & XI. cum XII. & c. Nam quæ deinceps annotanda videbuntur, postea indicabimus.

v. 29. illud λαδίν valdè me torsit & hic & postea. Eras. habet λαδίῳ Suidam secutus. Sed ex Diog. Laertio ἰλαδίῳ legendum esse pronuntio. Est autem ἰλαδία ὑπαγορευτικὸν ἰλαδί, ut ex Athenæo docet Eustath. scribēs in ἀδικον. ζ. ad versum εἰ λαικάζῃ ἰοχεὰ ἴλαος. Itaque scribendum ἰλαδίῳ δίκην μὴ ἀπόκλιτον & vertendū simpliciter oleo sedem, &c.

pag. 133. v. 3. pro παράστρεις, postea in ἀπαλλάξαι est παράτρεφε, quod magis probo.

v. 4. vel χίζῃς legendum, vel χίζῃ Erasmus habet χίζειν.

v. 10. Totum hoc symbolum ita leg. statuo, μηδὲ λύχνῳ μὴ ἐνατενίζῃ, postea perpetam itidem legitur εἰς λύχνα.

v. 12. ἀναπαύου postea legitur, atque ita hic scribendum.

v. 23. pro συνεσθίοντα exilibus συνεσθίοντας vel συνεσθίοντος leg.

v. 26. ἀπαρχόμενον vel ἀπαρχόμενον legendum existimo.

v. 28. pro ἐνυπνίων postea legitur ἐνυπνίου. Suidas & Laertius legunt ἐνυπνίων. putarem tamen ἐνύπνιον scribendum. Verùm de hisce postea plura.

pag. 134. v. 23. Illud ἀμοιβὰς mendosum est, & nihil significans. putavi olim inter scribendum ἀμοιβὰς: at nunc mutata sententia ἀμοιβὰς legendum esse judico. Cogita autem Christiane, quisquis es, & bene rumina hæc quatuor Pythagoræ ethnici hominis aut caplanè symbola sacris operaturus.

pag. 135. v. 12. παίζειν. Idem dixit præclarè profectò Agathō, ut refert Athenæus statim in principio lib. 5. etiam atque etiam cavendum esse, ne τὸ μὴ παίζειν ἔργον ὡς ποιώμεθα. τὸ δ' ἔργον, ὡς παίζειν οὐκ ἀνεκτέον. primum sanè nobis esse debet Deicultus, τὸ δίκαιον τὸ βιωτικὸν;

non contrà.

pag. 136. v. 17. ποτὲ particula vel redundat, vel aliquid desideratur, & leg. μήτε ὑπὸ τ' ἀσέβ. περ.

pag. 137. v. 1. τὰ μεμιγμένα, verbum aliquod conjunctio illa desiderari indicat, fortè ἢ δαίμονα ἢ ἄλλο τὶ θεῖον non malè legetur.

v. 10. ὡς εἰκὸς suspicor legend.

v. 22. πρόσκειται δὲ, μὴ ἀεὶ leg. omninò.

v. 27. ἐξ δὲ ἄψυκτα omnibus modis scribendum judico, ut conveniat cum ἀλαθῆ.

v. 30. ἢν ἀεὶ τ' θεὸν, & mox v. penult. ἐπιτιμῶ otiosam esse puto.

pag. 138. v. 28. τὸ μετέχειν scrib.

v. 25. λεπόφυλλος ὁ δὲς hoc symbolum Clemens, Diog. Laert. & Suidas aliter efferunt. Eras. verò etiam agnoscit. Cæterùm observandum conferri ab Clem. Alexand. στρωμ. 1. & ab Eras. in χιλ. τῆ στενῆ καὶ τριβολωμένη ὁδῷ nostri Salvatoris. Et luculenta planè & tantùm non Christiana est Iamblichi nostri interpretatio, etsi Christum ignorantis.

pag. 139. v. 8. ἐπεχέσας omninò scribendum, & quod supra v. 6. ἰὼν erat, in ἰὰν mutavimus.

v. 12. μαλάνειρον μὴ ἐσθίειν legunt Diog. Laert. & Suid. & vertunt ferè sepiam. Eras. μελανέρον μὴ γεύεσθαι, protulit.

v. 13. Illa verba τὰ μὲν ὧν ἄλλα ἐᾷ αὐτὸ τὸ ἀεὶ συμβόλων ἱερῶν ὄντα εἰς στοιχεῖα ἀναλύειν, non videntur suo loco posita. putarem autem ponenda in fine symboli, post παραδιδόασιν.

pag. 140. v. 21. πλάνη accusandi casu leg. puto, ut referatur ad λόγον. & mox v. 25. ὃ ἐπὶ δὲ ἀπὸ leg. quod posterius etiam viderat Tiara.

v. 26. Illud dictum Heraclitei non invenio in ipsius, quæ exstant, epistolis.

pag. 141. v. 8. τὸν ὀξὺν puto mendosum esse utcumque retinuerim in versione. & videndum an non sit legend. cum Laertio & Suida, ἐκεῖνο μόνον χαίρειν.

v. 11. ἐν μὲν θυμῷ lego cum Tiara ἀγνωμοσύνῃ inserto. prudentia etiam symbolum attendum esse præcipit, non ira.

v. 16. οὐδὲν εἰς τὸ πρόσθεν χαμόθεν, mihi planè suspectum est, nec alium sensum eruere potui, quàm reddidi, qui tantisper tolerandus erit, donec melior proferatur.

v. 19. Etsi illa oratio quoque sit involutior, ut ægrè sensum commodum ex verbis invenire potuerim: tamen hoc manifestè apparet, posterius τὸν ψυχὴν παρλλαγὴν. quod ipsum & Petrus Tiara observaverat.

v. 26. Diog. Laertius hoc symbolum longè aliter exstulit, φορτίον συμπεσόντων ἐκ τοῦ ἀνατιθέναι, & hunc secutus est Erasmus. Suidas utrique verbo negativam apponit. qui rectiùs efferant, aliis excutiendum relinquo.

pag. 142. v. 1. τοιόνδε ἔχον lego.

v. 16. Illud symbolum non reperio apud quemquam veterum. Erasmus inter adagia habet, δίξιον εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόσιμον. quod fatetur, ut erat valdè ingenuus, se habere ex Suida, qui rursum illud Aristophani transcribit. Verùm ego non dubito, quin Aristophanes hoc à Pythagora vel acceperit, vel ex illius mysteriis saltem promanarit.

v. 27. Nec hoc symbolum adhuc apud quemquam alium repperi. ἐκ Πυθαγορείων, maluissem redditum fuisse de Pythagoricis dogmatibus, uti mox.

pag. 143. v. 8. Ζυγὸν verti jugum, maluissem cum omnibus superioribus ut & in Pythagoræ converti stateram, quanquam Latini etiam jugum nonnunquam pro libra seu statera interpent, tamen propter ambiguitatem vocabuli, stateram præferrem. Hujus symboli interpretatio etiam est apud Clementem, & Diogenem Laert. Eras. hic pauciloquium amat.

v. 24. ἐν τούτοις ἢ φέρε plenè legendum puto. Symbolum variè ab Diog. & Suida effertur, quod & indicavit Eras. sed eòdem recidunt omnia. Iamblich. in hoc maximè differt, quòd causam addat de suillis, & luculentissimam afferat interpretationem.

v. 30. ἐν φιλοσοφίᾳ δαὶ, ἐπιβαλ. planè legendum suspicor.

pag. 144. v. 12. pro ἀμαθίας ἀληθείας legend. esse, certò certius est, non enim philosophia decet ἀμαθίαν, quam à natura habemus: sed τὴν τ' ὄντων ἀλήθειαν.

v. 26. Diog. Suidas & Eras. pro ἴχνος legunt ἀμαξιὰν secuti Hesiodum, quod tamen idem est. Verùm συμβολικώτερον sunt, quæ in ἴχνος habet Iamblichus, & longè Erasmi interpretationi, licet peruditæ, meo judicio, præferenda.

pag. 145. Hoc symbolum quemadmodum legendum putem, suprà in catalogo symbolorum satis superque à me indicatum esse puto, solùm pro ἀπόμαγμα Laert. & Suidas atque ex illis

illis Eraſ. habent ἐμάγγανος, quod autem retinuerim ἀσάλα & verterim faculam ſtudio à me factum, quòd non temerè putem in authoribus pro noſtro arbitratu omnia & mutanda, & noſtra inſulcienda.

v. 26. ἴδια καὶ τὰ copulatè. Cæterùm illud ξυνωρίας nondum didici, quid ſibi velit. Legitur quidem poſtea aliquoties ζωωρίας, quod & hic expreſſi: ſed necdum ita me ſatis quoq; exiſtimo promoviſſe. Neſcio enim quomodo cum oleo quadrant vel ξυνωρία, vel ζωωρία, niſi ad animalitatem, non cantum avium referas.

pag. 146. v. 2. ἀλιπλεγέα. Nec hoc ſymbolum apud alios repperi. Eraſ. ſolum refert inter ſymbola, ἀλιπλεγὲς μὴ ἄπλοιας λιτυεῖ, unde autem habeat non addit. Suſpicor idem eſſe cum hoc, quod tamen illo plenius rectiúſque efferatur.

v. 20. ὕτως ἀδύνατος legebatur, quod neceſſariò & rectè me puto mutaſſe in ὄντως, niſi quis malit cum Tiara ὑ πως legere.

v. 28. Diog. Laertius & Suidas ἐπιχαίτιον μὴ καθεύδειν dicunt. Eraſmus χαίτας μὴ ἐπικαθίζειν. Omnium interpretationes cum hac noſtra diſcrepant.

pag. 147. v. 9. perperam hîc in manuſcriptũ erat ἀσθῆτι & v. 14. ἀθι καὶ μεταβολικὸς legimus cum Copula καὶ, quæ itidem aberat in manuſcripto.

v. 23. pro ἀφῦται, ἀφῦται, vel ut mox v. 28. ἀφύτευ cum Petr. Tiara leg. exiſtimo.

v. 26. pro αἱ κραδίαι olim putavi οἱ κραδίαι ſcribendum. Sed αἰκρεάγρας germanum eſſe puto, de quibus Ariſtoteles de hiſt. Animali. lib. 4. cap. 2.

pag. 148. v. 1. δακτύλιοι ἄπλοι, ſimplices digitos converti, quòd aliud non occurreret vocabulum. Alioqui non ignoro Galeno & medicis τείχας ἄπλας dici rectas ſeu leves, qui aliàs ἀνάπλους iiſdem vocantur, quæ contrariæ ſunt criſpis: ſed an ſimplices cõtrarium ſit incurvis dubito, fortè rectos & leves melius conveniſſet, quàm ſimplices.

v. 15. ἀλλ' ἢ ἔστω potiùs legendum cenſeo. & v. 30. καὶ τὰ αὐτὰ legebatur, quod in καὶ κ' τὰ αὐτὰ, ut editum eſt, viſum fuit mutandum.

v. ult. φιλοσόφου leg. judico.

pag. 149. v. 1. δύναται ἢ. Ecliptica eſt oratio, puto vel addendum ἔστω ποιᾶι, vel ſubintelligendum.

v. 12. κὴ ἔ ἀναγνῶναι ſcribendum in manuſcripto, ut & converto. Interea non diffiteor mihi hîc in vertendo non parum negotii exhibitum, propter hyperbata & orationem valdè implexam. unde ignoſcent lectores, quod diſplicebit.

v. 27. προσοπεσεῖσαι ἢ αὐτὰ τῇ &c. legend. ſuſpicor.

pag. 150. v. 2. D. Laert. & Suidas illud ſic efferunt ὁμαρθίνια χελιδόνια μὴ ἔχειν. Clemens Alex. ῥομφαία χελιδόνια οὐ πέτεται μὴ ἔχειν. propiùs accedens ad hunc noſtrum. Verùm interpretatio Iamblichi magis ſymbolica & magis Pythagorica eſt.

v. 20. Eraſmus addit τινὸς δακτύλου nec unde habeat, dicit, quod noſtrum hîc non agnoſcere videmus. Interea verò utinam interpretamentum hoc divini Philoſophi hodie gurgites & voragines patrimoniorum ſuorum, & helluones abdomini nati, οὐ θεὸς ἡ γαστὴρ, ut ſanctus ille μυστοτόμος inquit poſtquam ſacratiora audire recuſant, ſemper ob oculos haberent.

v. 22. pro ἔλαμεν ἤλαμεν legebatur. Tiara putat ἔλαμεν leg.

pag. 151. v. 11. & 12. ἀμαχήματα & ἀχολήματα carnis dũ audio, penè cœleſtes aliquot voces mihi audire videor.

